CURSUS
SACRAE SCRIPTURAE

AUCTORIBUS

R. CORNELY, I. KNABENBAUER, FR. DE HUMMELAUER

aliisque Soc. Iesu presbyteris

S. P. LEO XIII,

UT OPUS HOC SANCTITATI SUAE DEDICARETUR, BENIGNE CONCESSIT
AC PRIORA EIUS VOLUMINA VIGINTI TRIA SIBI OBLATA
HONORIFICENTISSIMO CHIROGRAPHO COMMENDARE DIGNATUS EST.

PARS TERTIA

TEXTUS

V

CONCORDANTIAE LATINAE

PARISIIS
SUMPTIBUS P. LETHIELLEUX, EDITORIS
10, VIA DICTA " CASSETTE ", 10

CONCORDANTIARUM

UNIVERSAE SCRIPTURAE SACRAE

THESAURUS

ea methodo qua P. de Raze disposuit suum

CONCORDANTIARUM SS. SCRIPTURAE MANUALE

adornatus et tabulis synopticis locupletatus,

AUCTORIBUS PP. PEULTIER, ETIENNE, GANTOIS,

ALIISQUE E SOCIETATE JESU PRESBYTERIS

CUM APPROBATIONE SUPERIORUM

PARISIIS

SUMPTIBUS P. LETHIELLEUX, EDITORIS

10, VIA DICTA « CASSETTE », 10

LEO PP. XIII.

Dilecti Filii, salutem et apostolicam benedictionem.

Quam Nobis cordi sit, ut Divinorum Librorum studia vigeant, abunde testantur Litterae, quas de Scripturis Sacris ad universos orbis catholici episcopos abhinc tribus annis dedimus. In quibus, Bibliorum Sacrorum dignitate ac multiplici utilitate illustrata, fuse de ordinandis eorum studiis perscripsimus; et ut gliscentibus errorum opinionibus plenior et accuratior in sacro clero institutio opponatur, aptam innuimus rationem et viam praeclarae huius disciplinae tradendae. Qua in re id peculiariter commendatum voluimus, ut quae a doctrinarum externarum peritis eisdemque in fide catholica firmis ex linguarum biblicarum notitia, ex re historica vel ex physicorum disciplinis similibusque studiis opportune suggeruntur, ea Librorum Divinorum seu sententiae plenius arripiendae seu veritati vindicandae minime praetereantur.

Haec Nostra cum sint optata, eos perutilem navare operam existimamus, quicumque Scripturis Sacris rite enarrandis tuendisque animos ac diligentiam intendunt. Vos autem, Dilecti Filii, hos inter cum laude connumeramus, qui iamdiu labore haud exiguo acrique ingenio Libros omnes Sacros perpetuis notationibus illustrandos suscepistis.

Egregii operis volumina, quae adhuc edidistis quaeque Nomini Nostro dicanda libenter concessimus, pergrato animo accepimus. Vobis autem dum de emensa feliciter laboris parte gratulamur, virium vitaeque usuram divinorumque munerum ubertatem apprecamur, quo coeptum ad auspicatum demum exitum deducatis.

Interea ex Nostra benevolentia solatium et alacritatem sumite, cuius testis esto apostolica benedictio, quam vobis ceterisque sodalibus vestris, qui operi praeclaro vobiscum allaborant, amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum die XIV Octobris MDCCCXCVI, Pontificatus Nostri anno decimo nono.

LEO PP. XIII.

Dilectis Filiis
Rodulfo Cornely, Iosepho Knabenbauer, Francisco de Hummelauer
Sodalibus e Soc. Iesu.

LEONI · XIII · PONTIFICI · MAXIMO

COMMENTARIOS · ISAGOGICOS · ET · EXEGETICOS
IN · OMNES · VETERIS · NOVIQVE · TESTAMENTI · SCRIPTVRAS
AD · SANCTORUM · PATRVM
ET · VETVSTIORVM · SCHOLAE · DOCTORVM
IVNIORVMQVE · INTERPRETVM
NORMAM · EXACTOS
ADHIBITIS · VBI · OPVS · FVERIT
RECENTIORVM · SCIENTIARVM · SVBSIDIIS
AVCTORES · OBSEQVENTISSIMI
SVMMO · ATQVE · INERRANTI · DIVINAE · VERITATIS · INTERPRETI
QVI · SINGVLARI · DIGNATIONE · BENIGNITATIS
ID · QVIDQVID · EST · OPERIS
NOMINI · SVO · INSCRIBI · PERMISIT
PIETATIS · ET · IMMOBILIS · FIDEI · PIGNVS · EXHIBENT
SEQVE · AC · SVA · STVDIA · OMNIA
ADDICVNT · DEVOVENT
SEDIS · APOSTOLICAE · DOCTRINAE · ADSERENDAE
SACRARVM · LITERARVM · AVCTORITATI
PRO · VIRIBVS · PROPVGNANDAE

Quum opus, cui titulus est " **Concordantiarum Universae Scripturae Sacrae Thesaurus...** Auctoribus PP. Peultier, Etienne, Gantois, aliisque e Societate Jesu Presbyteris „ aliqui ejusdem Societatis revisores, quibus id commissum fuit, recognoverint et in lucem edi posse probaverint, facultatem concedimus, ut typis mandetur, si ita iis, ad quos pertinet, videbitur.

In quorum fidem has litteras manu nostra subscriptas nostrique officii sigillo munitas dedimus.

Fesulis, die 29 Augusti anno 1897.

LUDOV. MARTIN, S. J.

Imprimatur.

Parisiis, die 2 Septembris 1897.

† Fr. Card. RICHARD,

Arch. Parisiensis.

Typis Polleunis et Ceuterick, Bruxellis, via Ursulinarum, 37.

PRÆFATIO

Anni jam quinque et quadraginta præterierunt, ex quo primum PP. de Raze, de Lachaud et Flandrin, e Soc. Jesu presbyteri, Concordantiarum SS. Scripturæ Manuale typis excuderunt; quod quidem intra viginti annos ad decimam editionem pervenit. Interim hortantibus multis, idem ille P. de Raze animum adjecit ad volumen parandum amplioris sane molis, curarumque graviorum, ad Concordantias scilicet Universæ Scripturæ Sacræ eadem methodo concinnandas, quæ suo Manuali favorem tam multorum conciliare videbatur; at morte oppressus, manuscripta tantum reliquit imperfecta.

Quindecim vero abhinc annis illud idem opus novis curis elaborandi et absolvendi consilium inierunt plures ex eadem Societate Jesu sacerdotes: quorum dux in opere moliendo et auctor præcipuus fuit R. P. Peultier, tunc in Facultate catholica Andegavensi, postea in domibus sui ordinis, theologiæ dogmaticæ professor. Et quamvis vel curis aliis necessariis distenti, vel temporum iniquitate non parum impediti, nunquam tamen ab incepto destiterunt, atque tandem hunc Concordantiarum Universæ Scripturæ Sacræ Thesaurum in lucem emittunt.

Qui utinam conferat ad augendam Dei Optimi Maximi gloriam et laudem, ad diffundendam Scripturæ Sacræ sinceram cognitionem, ad animarum salutem promovendam! Ad illum enim unice finem tot annos auctores huic operoso labori impenderunt.

Angiæ in Belgio (Enghien, Belgique), in festo S. Augustini 1897.

INTRODUCTIO

Volventi cuivis hujus operis paginas statim apparet librum duabus constare partibus, iisque satis diversis.

Pars prior continet **Tabulas Synopticas**, seu Concordantias quasdam reales, — ideologicas forte dixeris — in quas R. P. Peultier ordine digessit genealogias, catalogos, ceremonias, aliaque sexcenta id genus, quæ P. de Raze a suo Manuali amandaverat ; quæque in Concordantiis verbalibus hactenus editis aut omittuntur, aut si referuntur, non parvum occupant spatium, parvam autem utilitatem præbent. Quamplurima enim ejusmodi aut non propter se requiruntur, sed propter unum aliquod totum ad quod pertinent, aut, si requiruntur ipsa, vix inveniri possunt nisi in serie rerum inter quas ea ipsa sedem propriam habere noscantur ; v. g. quinam ritus servandi fuerint in offerendo holocaustum, vel hostiam pro peccato ; — quas urbes, regiones, locave peragraverint vel habitaverint Abraham, Isaac, Jacob, filii Israel in deserto, Apostolus Paulus ; quid vero hic illicve egerint, — quænam peccata essent in lege mosaica sub mortis pœna prohibita, etc., etc. Ea vero, in Tabulis Synopticis ordine quantum fieri potuit lucidissimo disposita, magnam profecto cuique Scripturarum Divinarum studioso utilitatem afferent. Potuissent itaque seorsim hæ Tabulæ vulgari : sed utiliores fore videbantur si Concordantiis verbalibus adjungerentur ; sic enim in his multa omitti, aut potius tantum indicari, poterant, quæ illis melius inserebantur. Ideo ex duabus partibus ita coalescentibus opus aliquod extitit novum, integrum, plenum, quod instar plurium esset.

Pars altera **Concordantias verbales** — seu lexicologicas, si mavis, cum articuli ut in lexico vel vocabulario quodam digerantur — continet ea methodo collectas et dispositas, qua Manuale Concordantiarum a P. de Raze ejusque adjutoribus fuit compositum.

His breviter præmissis de opere universo, jam quæ sit partis cujusque ratio, institutum, usus, qua poterimus maxima perspicuitate exponemus (1).

I. DE PARTE PRIORE, SEU DE TABULIS SYNOPTICIS.

Si Tabularum Synopticarum Indicem percurras, erit tibi manifestum quam multæ res in illis, quam variæ, quamque utiles cupido Scripturæ Sacræ amatori reperiantur, eæque ordine aptissimo dispositæ.

Tituli sæpe ex ipso textu ipsisque verbis Vulgatæ deprompti sunt, nempe quoties id commode fieri posse visum est ; quando vero id fiat, indicatis locis manifestum est. Vide v. g. pag. 6 A :
Gen 10 1 GENERATIONES FILIORUM NOE, SEM, CHAM ET JAPHETH.

(1) Operæ pretium erit, dum legis hæc prolegomena, ad eas te partes paginasve conferre voluminis ad quas subinde remittimus, ut exempla præ oculis habeas, quibus singula fere monita illustrantur.

Unaquæque pagina in partes plurimas dividitur, quarum singulas signat littera capitalis A, B, C... crassior. — Ad partem vero unam quampiam censentur ea omnia pertinere quæ sub illa littera indice et a dextra ejusdem litteræ reperis, donec legendo venias ad partem alia littera similiter distinctam. — Ea ratione et via tum clarius, illis velut iter collustrantibus litteris grandioribus, series rerum et partium inter se ordo demonstratur; tum vero magis perspicue potuit et brevissime in Concordantiis verbalibus indicari in qua Tabula et in qua parte Tabulæ jacerent ii textus qui jam in parte priore positi, non videbantur iterum in alteram referendi (1). — Aliquando etiam litteræ adhibitæ sunt minores, quæ spatium cuique litteræ capitali tributum in partes plures dividerent. (Videsis pag. 22).

Circa **indicationes** librorum, capitum, versiculorum hæc pauca sunt notanda.

Si textus profertur qui in uno tantum loco Scripturæ Sacræ reperitur, indicantur ante textum liber, caput, versiculus (aut versiculi) unde ille depromitur; — si res eadem et iisdem verbis expressa in duobus vel pluribus locis invenitur, varii libri, capita, versiculi, ubi textum ejusmodi reperias, ante ipsum simili ratione indicantur; — sin autem res eadem in pluribus locis Scripturæ refertur, sed verbis non prorsus iisdem, locus præcipuus (et si quis locus parallelus illi omnino similis) ante textum notatur; loca vero alia parallela intra uncos describuntur nunc ante, nunc post textum, pro rei opportunitate (2).

In **textibus** autem transcribendis litteræ adhibitæ sunt romanæ ut plurimum, tum vero crassiores, tum denique italicæ; et verborum italicis litteris descriptorum alia sunt intra uncos posita, alia ab uncis libera.

Crassioribus litteris descriptæ sunt voces quædam insigniores, quo nempe facilius secernantur; — italicis vero, et uncis inclusæ, quæ proprie ad loca parallela pertinent; — italicis item descriptas invenis, at non intra uncos positas, voces quasdam textui additas ad sensum reddendum pleniorem. (Attende vero notam subjectam Tabul. XXXI et XXXII).

Tabulæ eo fere **ordine** inter se procedunt, quo res ipsæ in earum titulis positæ occurrunt in Vulgata: singulæ autem Tabulæ ea ratione et methodo compositæ sunt, quam et rei natura postulabat et loci permisit opportunitas. Pleræque ita comparatæ sunt, ut explicatione ampliori non indigeant. Quo tamen leviori negotio ex iis fructus uberiores colligas, accipe quæ maxime circa quasdam videntur notanda.

Primum quidem occurrunt " generationes „ seu genealogiæ, et reliqua id genus in Tabulis I-XXIV collecta. In illis advertes præsertim: *a)* quomodo secundum varios auctores sacros res eadem referatur, ita ut uno conspectu deprehendere possis in quibus inter se libri sacri circa rem eamdem conveniant, in quibus discrepent; — *b)* quomodo viri vel mulieres, teste aliquo auctore sacro ex hac illave tribu vel familia oriundi, in Tabulam relati sint suæ tribui vel familiæ assignatam. — Exempli gratia consulatur Tab. XV: in ea quippe invenis tum nomina filiorum Benjamin secundum Gen., Num., et 1 Paralip.; tum eorum etiam omnium nomina, quos ex aliqua Scriptura Sacra constat ad tribum Benjamin pertinere, ut Saul, Esther, Apostoli Pauli, ceterorumque.

Attendes profecto et studiose considerabis seriem summorum pontificum, qualis restitui potuit, ab Aaron ad Ananiam illum de quo sermo est Act. 24 1 (Tab. XIX); — tum duplicem Christi Domini genealogiam (Tab. XXIV) collatam cum progenie Davidica, qualis hæc variis ex locis Veteris Testamenti cognoscitur.

Altera veluti categoria peregrinationes vel itinera notabilia continet (Tab. XXV, CX). Circa eas Tabulas notabis in media parte paginæ, ab summa ad imam, litteris crassioribus descripta nomina locorum præcipuorum, quæ sive tres illi patriarchæ, Abraham, Isaac et Jacob (XXV), sive Apostolus Gentium (CX) peragraverint aut incoluerint, et ad dexteram referri quid singulis in locis egerint, quatenus id Scriptura perhibetur.

Ad eamdem categoriam revocanda est Tabula LVIII, Mansiones filiorum Israel in deserto exhibens. Hæc vero in duas partes dividitur: pars sinistra itinera fere unice refert, pro singulis itine-

(1) Sic sub VIVO, pag. 1225, col. 2, legis: **vixit** [5 B-D]; si te conferas ad pag. 5, invenies collectos sub litteris B, C, D, 37 textus illam eamdem vocem continentes, qui minime iterum in articulo VIVO ponendi videbantur.

(2) V. g. pag. 26 A:

Levit 23 32 A vespera usque ad vesperam celebrabitis sabbata vestra.
Exod 31 15, 35 2 *Levit* 23 3 6 diebus facietis opus [*Exod* 23 12...]
Exod 23 12 [*Deut* 5 14] 7° die cessabis, ut requiescat bos et..

ribus notato et loco, unde profecti fuerint, et loco, ad quem pervenerint filii Israel; pars dextera exponit præcipue res gestas in singulis mansionibus.

Tres illæ Tabulæ præterea instar summarii cujusdam historici esse possunt; XXV scilicet libri Genesis a capite 11 usque ad finem; LVIII vero, librorum Exodi, Numer., et Deut.; ac tandem CX, Act. Apost. cap. 9-28, quatenus in his acta S. Pauli narrantur. — Compendium etiam historicum libri Judicum invenis in Tab. LXXXI; librorum 3 et 4 Regum et 2 Paralip. in Tab. LXXXII; utriusque libri Machab. in Tab. CVIII.

Ad historias etiam pertinent Tabulæ plures aliæ, in quibus referuntur variæ Recensiones sive filiorum Israel universorum, sive filiorum Levi, pro variis temporibus, sive etiam aliæ recensiones; — tum Expeditiones bellicæ in V. Testam. relatæ; tum Descriptiones Terræ Sanctæ sive universæ, sive per tribus divisæ.

Ex iis quæ spectant ad cultum Dei, qualis in Veteri Testamento fuit institutus, peculiari sane mentione digna videtur Tab. XXXV, in qua explicantur ritus observandi in offerendis sacrificiis, holocaustis, hostiis pacificis, et hostiis pro peccato et pro delicto. Ita vero in ea res dispositæ sunt ut facile videas qua in re conveniant, qua in re differant ritus, v. g. holocausti, prout immolatur vitulus, agnus, avis.

Pluribus dicendis supersedemus, rati studiosum Scripturæ Sacræ amatorem versandis his Tabulis delectatum iri, maxime cum eas ipse scrutatus fuerit.

II. DE PARTE ALTERA, SEU DE CONCORDANTIIS VERBALIBUS.

1. NOTANDA CIRCA TITULOS ARTICULORUM.

Post vocabulum litteris capitalibus descriptum et tituli instar positum, aliquando intra uncos numeros vides et litteras, quibus nempe indicantur paginæ Tabularum et partes paginarum illud idem vocabulum continentes (1).

Sæpe titulo adjicitur litteris crassioribus distincta flexio aliqua grammaticalis : ita moneris in textu qui primus affertur, non thema, sed flexionem illam reperiri, in cujus locum in ipso textu tractus calami (-) suffectus est (2).

Si cui titulo indicationes intra uncos adjectæ sunt, nullus vero textus subjectus, intelliges textus quotquot ad vocem in titulo stantem pertineant, esse relatos in Tabulis intra uncos indicatis (3).

Cum titulus exhibet nomen aliquod proprium, et intra uncos numeri tantum et litteræ indices Tabularum occurrunt, nullusque textus subjicitur, scito nomen illud esse proprium viri unius (4). — Secus enim statim post uncum priorem hæc inscri solita sunt : *duo, varii, mulier, mons, urbs*... prout illo nomine designantur in Scripturis Sacris viri duo pluresve cognomines (5), aut mulier, aut mons, urbs, etc. (6).

Sin autem subjecti sunt textus, et ex iis liquet nomen esse mulieris, vel montis, vel urbis, etc., nihilo fuit opus addito.

2. — DE ORDINE QUO TEXTUS DIGESTI SUNT IN ARTICULOS.

Articuli quidem inter se ordine sunt alphabetico dispositi; in articulis vero textus collecti sunt juxta ordinem flexionum grammaticalium. Idcirco v. g. in nomine ÆGYPTUS, primum occurrunt textus omnes in quibus illius nominis casus nominativus invenitur, tum textus in quibus vocativus, deinde in quibus genitivus, et ita porro per totam declinationem; in verbo, v. g. AUDIO, simili ratione primum afferuntur ii textus omnes in quibus occurrit 1ª persona singularis præsentis indicativi illius verbi, tum textus in quibus 2ª, deinde in quibus 3ª, et sic per totam conjugationem.

(1) V. g. : AARON [5 D, 11 A; 12 A...]
(2) V. g. : ABBREVIATIO **abbreviationem** Isa 10 23 [illegible]
ABBREVIO **abbrevians** [illegible]
(3) V. g. : ACETABULUM [20 J, 28 G, H]
(4) V. g. : ABDAN [17 A, 18 G, G; 28 G]
(5) V. g. : ABDA [*duo* 51 F, 59 I]
(6) V. g. : ABISA [*mulier* 14 A].

Neque casus simplices tantum in declinabilibus sunt observati, sed nonnunquam — cum scilicet e re fore visum est — casus quos compositos dixeris; v. g. in articulo EGO reperies textus collectos sub his formulis : **a me, ad me, adversum me**, etc.

Tandem locutiones seu phrases selectæ fuerunt, quæ in sedibus propriis, iisque quam aptissimis ponerentur. Ita v. g. **Dominus Deus**, **dicit Dominus**, **domus David**, **domus Dei**, **domus Domini...**, **filii Israel**, **filii Juda.** . Ex quibus aliæ quidem constituunt articulos omnino distinctos (v. g. post articulum DOMUS invenis articulos DOMUS AARON, DOMUS ACHAB, DOMUS DAVID...) ; aliæ vero in corpore articulorum ad modum casuum compositorum (de quibus paulo supra) locum obtinent post flexionem simplicem. (V. g. in articulo DICO post **dicit** invenis **dicit Dominus**; in articulo DOMINUS invenis **Dominus Deus**, **Domine Deus**, **Domini Dei** post unumquemque casum simplicem illius vocabuli).

3. NOTANDA CIRCA TEXTUS ET INDICATIONES LOCORUM.

Eo maxime curas intenderunt auctores, ut textus sinceri genuinique exhiberentur, eum certe sensum referentes qui reperiretur in contextu, et, quantum fieri poterat, satis plenum et perspicuum.

Animadverterant enim in Concordantiis variis quæ circumferuntur, non raro textus occurrere sensum præbentes a sensu contextus unde deprompti sunt alienum, aliquando etiam prorsus abhorrentem (1). Ubique se feliciter id assecutos esse, quod hac in parte intendebant, non putant auctores ; at certe menda hujusmodi plurima vitarunt, et omnia vitare conati sunt.

Ut autem sensus textuum plenior et magis perspicuus exhiberi posset, quin tamen voluminis moles ultra modum excresceret, multiplex via et ratio excogitata est.

a) In 1° textu quo forma quæque grammaticalis occurrit, litteris crassioribus ea describitur : — in sequentibus vero textibus, in illius locum tractus calami (-) sufficitur (2).

b) Voces quædam sæpius occurrentes, et quæ facile agnoscantur, compendiose non raro scribuntur : ita Dominus (Dnus), meus (m), tuus (t) (3).

c) Voces ad sensum nihil conferentes aliquando omissæ sunt : quarum tamen locum in textu duo puncta (..) signant (4).

d) Voces vero aliæ, quæ ad sensum clariorem plenioremque reddendum utiles erant, aliquando ex versiculis antecedentibus vel sequentibus adductæ sunt: eæ vero litteris italicis distinguuntur (5).

e) Voces tandem additæ sunt aliquando quæ in contextu non reperiebantur eædem, aut certe non eadem forma, et ad sensum declarandum erant necessariæ : uncis inclusæ sunt ejusmodi voces, quæ ad textum authenticum non pertinent (6).

Quoad indicationes librorum, capitum, versiculorum, eadem fere ratio servata est ac in Tabulis. Hæc tria tamen notare velis.

a) Si quando ante textum plura indicantur loca, ea semper tum sensu tum verbis allatis omnino conveniunt; in hac enim posteriore operis parte loca parallela uncis inclusa non occurrunt nisi post textum.

b) Loca parallela intra uncos indicata sententiam eamdem referunt ac locus ante textum indicatus, et vocabulum continent ipsamque vocabuli flexionem eamdem, quam in textu vides aut crassioribus litteris descriptam, aut hoc signo (-) vicario suppletam.

c) Cum locus (sive unicus, sive primus) intra uncos indicandus pertinet ad librum eumdem ac

(1) Hæc sub DIES, MITTO, v. g. legere est in illis, et alia ejusmodi non pauca :

Eccli 23 19 Diem nativitatis tuæ maledicas

Joan 3 17 Non enim misit Deus Filium suum in mundum

quos textus invenies in hoc opere sic compositos :

Eccli 23 19 ne forte.. et diem nativitatis tuæ maledicas

Joan 3 17 Non.. misit Deus Filium suum.. ut judicet mundum

(2) Vide v. g. ÆDIFICATIO :

Rom 15 2 Unusquisque vestrum proximo suo placeat in bonum, ad **ædificationem**

1 *Cor* 14 3 qui prophetat, hominibus loquitur ad -

(3) Cavimus sedulo ne quando sensus propter abbreviationem ambiguus evaderet; ideo hæc compendia vocum : sup, don, qdo, numq, ubicumque occurrunt, legenda sunt super, donec, quando, numquid. — 3æ personæ numeri pluralis temporis perfecti modi indicativi vocis activæ sæpe tres ultimæ litteræ (unt) demuntur, v. g. dixer, addider ; lege semper : dixerunt, addiderunt ; nunquam enim hoc compendio usi sumus pro formis verbalibus quæ sic scriptæ confundi cum illa possint.

(4) 2 *Esd* 13 18 **additis** iracundiam.. violando sabbatum

(5) *Luc* 23 51 *Joseph*.. non consenserat.. **actibus** eorum

(6) *Job* 28 17 Non **adæquabitur** ei [*sapientiæ*] aurum

locus (item sive unicus, sive primus) ante textum indicatus, intra uncos non reponitur iterum nomen libri illius, ideoque ibi supplendum est (1); supplendus est simili ratione numerus capitis, si uterque locus ad idem caput ejusdem libri pertinet (2).

III. CONCLUSIO.

Ex præmissis jam hujus operis usus et commoda plura sedulo lectori manifesta sunt : ea vero ad quatuor capita revocabimus.

1. Ordo grammaticalis illud habet commodi, quod facilius textum, quem requiras, celeriusque invenias. Sit quærendus v. g. hic textus : Ascendamus ad montem Domini. Cum statim te conferas ad hanc flexionem **ascendamus**, textus quæsitus inter 15 tibi occurrit ; si promiscue congestæ essent flexiones grammaticales, textus ille inter 700 alios requirendus erat.

2. Tum textuum plurimorum sensus plenior clariorque, quam in ejusdem generis operibus inveniri solet, cuivis lectori commodior erit atque utilior. Invento quem requirebas textu, sæpe non erit tibi ad Biblia recurrendum ut intelligas quis inducatur loquens, aut qua de re sit sermo. Neque raro forte ex hoc Thesauro sensum textus quæsiti certius, aut saltem celerius intelliges, quam si locum Vulgatæ oculis ipse lustrasses.

3. Textuum vero plura millia hic reperies quos frustra in aliis Concordantiis requiras (3). Omiserunt enim auctores illarum aut cunctos aut plurimos textus quos collegimus sub DICO, DOMINUS, EGO, TU, etc. : et illi quidem recte satis, pro ea methodo qua procedebant ; nobis vero tum casus compositos, tum phrases seu locutiones afferentibus, putavimus illos textus esse colligendos. Fuisset enim opus parum utile (præterquam quod volumen ingens evasisset atque importunum) sub unoquoque hujusmodi vocabulorum omnes textus referre in quibus occurrunt singula ; at vero textus illi collecti sub uno vocabulorum ex quibus constat locutio quæpiam, valde utiles esse possunt : memoriæ enim infixa facilius manet locutio ejusmodi, et aliquid magis determinati habet quo adjuveris in requirendo textu.

4. Hoc tamen præstare potuimus volumine non immodico neque molesto, et quidem his rationibus.

a) Multa in Tabulis relata potuerunt nullo dispendio in altera parte omitti, quippe quæ facilius illic reperiri queant : non pauca vero spatium longe amplius in Concordantiis verbalibus obtinerent quam in Tabulis occupant (4).

b) Locutiones seu phrases selectæ ad hoc etiam contulerunt. Repetitiones enim quamplurimæ vitari potuerunt, quum textus in quibus legantur hæ locutiones, v. g. **filii Israel**, **domus Domini**, non bis, id est, non sub FILIUS et sub ISRAEL, neque sub DOMUS et sub DOMINUS, (qui quidem articuli longi satis remanent, etiam omissis textibus quos in hujusmodi peculiares articulos seorsum digessimus), collecti sint, sed semel una in propriis articulis. Idem valet de locutionibus etiam quæ distinctos non constituunt articulos, quum sedem propriam habeant in corpore articuli ad quem pertinent ratione vocabuli componentis : hæ vero locutiones fere positæ sunt sub vocabulo præcipuo, aliquando sub vocabulo cujus proprius articulus esset brevior (5).

Hæc sunt quæ monitum te voluimus, amice lector ; gratus utilisque tibi sit labor noster, eoque ad Dei laudem utere. Vale.

(1) V. g. : 3 *Reg* 15 14 **excelsa** autem non abstulit [22 44] pro [3 *Reg* 22 44]

(2) V. g. : *Ezec* 16 3 pater tuus Amorrhæus, et **mater** tua Cethæa [45] pro [*Ezec* 16 45]

(3) V. g. In articulo DICO textus ejusmodi collecti sunt bene multi, inter quos invenies 700 sub hac phrasi **dicit Dominus**, eosque ita compositos ut fere in singulis satis indicetur aut innuatur quid hic illeve dicat Dominus ; simili ratione 70 circiter in articulo VERBUM sub hac phrasi **factum est verbum Domini**.

(4) Exempli gratia, legitur 4 Reg. cap. 8 Dormivit **Joram** cum patribus suis, et sepultus est... in civitate David, et regnavit **Ochozias**, filius ejus pro eo. **Anno 12° Joram** regis Israel regnavit **Ochozias**, filius Joram regis Judæ. **22** annorum erat cum regnare cœpisset, et **1** anno regnavit in Jerusalem : nomen matris ejus, **Athalia**... Hæc eadem sententia fere iisdem terminis pro singulis regibus Juda repetita legitur tum in 3° et in 4° Reg., tum in 2° Paral., eam vero invenies stamini instar p. 48 et 49. — Potuerunt igitur in articulis DORMIO, PATER, SEPELIO, etc., omitti textus relati in p. 48 et 49, indicata tantum pagina et parte paginæ in qua iidem occurrunt, ut videre potes si ad articulos illos te conferas.

(5) V. g. Hæc phrasis **judicium facio** requirenda erit sub vocabulo JUDICIUM, **gloria Domini** sub GLORIA.

I

TABULÆ SYNOPTICÆ

INDEX

Tabularum Synopticarum

I GENERATIONES ADAM

ADAM

A peperit | *uxor ejus*

Gen. 4 1 **Cain** | 2 **Abel** | 25 **Seth** [*vide tabulam sequentem*]

Cain
17 **Henoch**
genuit
18 **Irad**
Maviael
Mathusael
Lamech

20 Genuit.. Ada *uxor ejus*: **Jabel**.. 21 Et nomen fratris ejus **Jubal**

22 Sella quoque genuit: **Tubalcain**.. Soror vero Tubalcain **Noema**

II PATRIARCHARUM GENEALOGIA AB ADAM USQUE AD JACOB

B *Secundum Genesim*

5	3	Vixit **Adam**	130 annis, et genuit..		**Seth**
	6	- **Seth**	105 - et -		**Enos**
	9	- **Enos**	90 - et -		**Cainan**
	12	- **Cainan**	70 - et -		**Malaleel**
	15	- **Malaleel**	65 - et -		**Jared**
	18	- **Jared**	162 - et -		**Henoch**
	21	- **Henoch**	65 - et -		**Mathusalam**
	25	- **Mathusala**	187 - et -		**Lamech**
	28	- **Lamech**	182 - et -	29	**Noe**
	31 [6 10]	**Noe** cum esset	500 annorum -		**Sem**, Cham et Japheth
11	10	**Sem** erat	100 - quando -		**Arphaxad**
	12	Vixit **Arphaxad**	35 annis, et -		**Sale** [10 24]
	14	- **Sale**	30 - et -		**Heber** [10 24]
	16	- **Heber**	34 - et -		**Phaleg** [10 25]
	18	- **Phaleg**	30 - et -		**Reu**
	20	- **Reu**	32 - et -		**Sarug**
	22	- **Sarug**	30 - et -		**Nachor**
	24	- **Nachor**	29 - et -		**Thare**
	26	- **Thare**	70 - et -	[27]	**Abram**, Nachor et Aran
16	16	Erat **Abram**	86 annorum qdo peperit ei Agar Ismaelem		
21	5	Cum *Abraham* esset	100 - .. natus est		**Isaac** [25 19]
25	26	Erat **Isaac**	60 annorum qdo nati sunt ei 25 Esau.. et..		**Jacob**

Secundum 1 Paralipomenon

1 1 **Adam**
Seth
Enos
2 **Cainan**
Malaleel
Jared
3 **Henoch**
Mathusale
Lamech
4 **Noe**, **Sem**, Cham et Japheth
24 **Sem**
Arphaxad
Sale
25 **Heber**
Phaleg
Ragau
26 **Serug**
Nachor
Thare
27 **Abram**, iste est **Abraham**
28 Filii..Abraham : **Isaac** et Ismahel
34 Genuit.. „ **Isaac**
cujus fuerunt filii Esau et **Israel**

Secundum Matth

1 2 **Abraham**
genuit |
Isaac
„ **Jacob**

Secundum Lucam

Dei
3 38 qui fuit **Adam**
qui fuit **Seth**
Henos
Cainan
Malaleel
37 qui fuit **Jared**
Henoch
Mathusale
Lamech
qui fuit **Noe**
36 qui fuit **Sem**
Arphaxad
Cainan
Sale
qui fuit **Heber**
35 qui fuit **Phaleg**
Ragau
Sarug
Nachor
qui fuit **Thare**
Abrahæ
34 qui fuit **Isaac**
Jacob

III LONGÆVITAS PATRIARCHARUM

C

ALIORUMQUE QUORUMDAM HOMINUM

Gen.

5 4	5 Facti sunt dies	**Adam**	postquam genuit Seth	800 anni	Et factum est omne tempus quod vixit	**Adam**	930	anni, et mortuus est
7, 8	Vixit	**Seth**	- - Enos	807 annis	Et facti sunt omnes dies	**Seth**	912	annorum -
10, 11	-	**Enos**	postquam genuit Cainan	815 „	Factique sunt - -	**Enos**	905	anni -
13, 14	-	**Cainan**	postquam genuit Malaleel	840 „	Et facti sunt - -	**Cainan**	910	„ „
16, 17	-	**Malaleel**	- - Jared	830 -	„ - -	**Malaleel**	895	„ -
19, 20	-	**Jared**	- - Henoch	800 „	„ - -	**Jared**	962	„ -
22, 23	-	**Henoch**	- - Mathusalam	300 „	„ - -	**Henoch**	365	-
26, 27	-	**Mathusala**	- - Lamech	782 -	„ „ „	**Mathusala**	960	„ „
30, 31	-	**Lamech**	- - Noe	595 -	„ „ „	**Lamech**	777	„ -
9 28, 29	-	**Noe** post diluvium [7 6 erat 600 annorum qdo diluvium]		350 -	Et impleti sunt - - . . .	Noe	950	annorum -
11 11	-	**Sem**	postquam genuit Arphaxad	500 „				
13	-	**Arphaxad**	- - Sale	303 „				
15	-	**Sale**	- - Heber	403 „				
17	-	**Heber**	- - Phaleg	430 -				
19	-	**Phaleg**	- - Reu	209 -				
21	-	**Reu**	- - Sarug	207 -				
23	-	**Sarug**	- - Nachor	200 -				
25	-	**Nachor**	- - Thare	119 -				

(Beside the upper rows, printed vertically: genuitque filios et filias; beside the lower rows: genuit filios et filias.)

D

Gen.	11 32	Facti sunt dies .	**Thare**	205	annorum
	23 1	Vixit	**Sara**	127	annis
	25 7	Fuerunt dies vitæ . . .	**Abraham**	175	anni
	17	Facti sunt anni vitæ	**Ismaelis**	137	
	35 28	Completi sunt dies	**Isaac**	180	annorum
	47 28	Facti sunt omnes dies vitæ	*Jacob*	147	-
	50 25	Mortuus est *Joseph*, expletis . vitæ suæ annis		110	
Exod.	6 16	Anni vitæ [illegible] . .	**Levi**	137	
	18	[illegible]	**Caath**	133	
	20	[illegible]	**Amram**	137	
Num.	33 39	[illegible] Mortuus est	**Aaron**	123	
Deut.	34 7	Mortuus est	**Moyses**	120	
Jos.	24 29	[*Judic.* 2 8] Mortuus est	**Josue**	110	
1 Reg.	4 15	[illegible]	**Heli**	98	
2 Par.	24 15	Mortuus est	**Joiada**	130	
Tob.	14	[illegible] *Tobias* [illegible] completus		102	[illegible]
	16	*Tobias* [illegible]		99	
Job	42 16	[illegible] (post [illegible]) [illegible]	**Job**	140	.

IV

A *Gen* 10 1 GENERATIONES FILIORUM NOE, SEM, CHAM ET JAPHETH,

USQUE AD FILIOS JACOB.

A *Gen* 10 2-4 **FILII JAPHETH** [1 *Par* 1 5-7]

Gomer Magog Madai Javan Thubal Mosoch Thiras

Gomer — Filii: Ascenez, Riphath, Thogorma

Javan — Filii: Elisa, Tharsis, Cetthim [*Cethim*], Dodanim

G 10 5 Ab his divisæ sunt insulæ gentium in regionibus suis, unusquisque secundum linguam suam, et familias suas, in nationibus suis.

B *Gen* 10 6 **FILII CHAM** [1 *Par* 1 8]

Chus *G* 10 7,8 Filii [1 *P* 1 9, 10]

Saba, Hevila, Sabatha, Regma, Sabatacha [*Sabathacha*]

Regma — Filii: Saba, Dadan

Chus ge- | nuit Nemrod

G 10 10 principium regni ejus: Babylon, Arach, Achad, Chalanne — in terra Sennaar

Mesraim *G* 10 13, 14 [1 *P* 1 11,12] ge- | nuit

Ludim, Anamim, Laabim, Nephthuim, Phetrusim, Chasluim [*Casluim*]

de quibus | egressi sunt

Philisthiim et Caphtorim

Phuth [*Phut*]

Chanaan *G* 10 15-18 [1 *P* 1 13-16] ge- | nuit

Sidonem, Hethæum, Jebusæum, Amorrhæum, Gergesæum, Hevæum, Aracæum, Sinæum, Aradium, Samaræum, Amathæum [*Hamathæum*]

G 10 19 Facti sunt termini Chanaan venientibus a Sidone Geraram usq Gazam donec ingrediaris (Sodomam, Gomorrham, Adamam, Seboim) usq Lesa

G 10 20 Hi sunt filii Cham in cognationibus, et linguis, et generationibus, terrisque et gentibus suis.

G 10 32 Hæ familiæ Noe juxta populos et nationes suas. Ab his divisæ sunt gentes in terra post diluvium.

C *Gen* 10 22-31 **FILII SEM** [1 *Par* 1 17-23]

Gen 10 22-25: Ælam, Assur, Arphaxad, Lud, Aram

Arphaxad ge- | nuit Sale, de quo | ortus est Heber — 2 filii

Aram — Filii: Us, Hul, Gether, Mes

1 *Par* 1 17-19: Ælam, Assur, Arphaxad, Lud, Aram, Hus, Hul, Gether, Mosoch

Arphaxad ge- | uuit Sale | Heber — 2 filii

Phaleg [*Vide* | *tab II*] et nomen fratris ejus Jectan

Phaleg — Reu — Sarug — Nachor — Thare

D Jectan *G* 10 26-29 [1 *P* 1 20-23] ge- | nuit

Elmodad, Saleph, Asarmoth, Jare, Aduram [*Adoram*], Uzal [*Huzal*], Decla, Ebal [*Hebal*], Abimael, Saba, Ophir, Hevila, Jobab

Omnes isti filii Jectan

G 10 30 Et facta est habitatio eorum de Messa pergentibus usque Sephar montem orientalem.

G 10 31 Isti filii Sem secundum cognationes et linguas et regiones in gentibus suis.

Abram *seu* . . . . [*Gen* 17 5, 1 *Par* 1 27] Abraham

Thare — Nachor — Aran

E *G* 16 15 Peperit Agar [25 12] Ismael *G* 25 12-16 genera- | tiones [1 *P* 1 29-31]

Nabaioth primog. Ismaelis [*Ismahelis*]

Cedar, Adbeel, Mabsam, Masma, Duma, Massa, Hadar [*Hadad*], Thema, Jethur [*Jetur*], Naphis, Cedma

Isti sunt filii Ismaelis [*Ismahelis*] *G* 25 16 12 principes tribuum s

G 28 9 Maheleth filiam Ismael, *G* 36 3 Basemath „ „

Gen 21 3 genuit ei Sara **Isaac**

Gen 25 19, 25 genera- | tiones [1 *Par* 1 34 *filii*]

F **Esau** *G* 36 1, 8, 19: ipse est **Edom**

G 36 1-5 genera- | tiones; 9-14 [1 *P* 1 35-37 *filii*]

36 4 Ada peperit **Eliphaz** [36 10] — filii:

G 36 11,12 1 *P* 1 36: Theman, Omar, Sepho, Gatham, Cenez | Theman, Omar, Sephi, Gathan, Cenez, Thamna, Amalec

Thamna concubina Eliphaz filii Esau.. peperit ei . . . Amalech

Hi sunt filii Ada uxoris Esau

36 4 Basemath genuit **Rahuel** [36 10] — filii:

G 36 13, 1 *P* 1 37: Nahath, Zara, Samma, Meza

36 13 Hi filii Basemath uxoris Esau

Oolibama 36 5,14 genuit: Jehus, Core, Ihelon [*Ihalom*]

36 14 Isti.. filii Oolibama filiæ Anæ filiæ Sebeon uxoris Esau

G **Jacob** [*Israel*] *Gen* 35 23-26

35 23 Filii Liæ: Ruben [29 32], Simeon [29 33], Levi [29 34], Judas [29 35 *Matt* 1 2 *Luc* 3 33], Issachar [30 18], Zabulon [30 20]

46 15 Dina filia [30 21]

35 24 Filii Rachel: Benjamin [35 18], Joseph [30 24]

35 25 Filii Balæ ancillæ Rachelis: Dan [30 6], Nephthali [30 8]

35 26 Filii Zelphæ ancillæ Liæ: Gad [30 11], Aser [30 13]

1 *Par* 2 1, 2 Filii Israel: Ruben, Simeon, Levi, Juda, Issachar, Zabulon, Dan, Joseph, Benjamin, Nephthali, Gad, Aser

35 26 Hi sunt filii Jacob qui nati sunt ei in Mesopotamia Syriæ.

H *Gen* 25 1-4 [1 *P* 1 32,33]

Abraham.. duxit.. Coturam: quæ peperit [*genuit*]

Zamran, Jecsan, Madan, Jesboc, Sue, Madian

Jecsan ge- | nuit [*fi- | lii*]: Saba, Dadan — Filii: Assurim, Latusim [*Latussim*], Loomim [*Laomim*]

Madian ex Ma- | dian [*fi | lii*]: Epha, Opher [*Epher*], Henoch, Abida, Eldaa

Omnes hi filii Ceturæ

I Nachor *Gen* 22 21-24

Uxor ejus Melcha ei genuit: Hus primog, Buz, Camuel, Cased, Azau, Pheldas, Jedlaph, Bathuel

G 24 filia 15, 24 — Bathuel: Rebecca; *G* 24 29 Laban *frater Rebeccæ*

Concubina.. Roma.. peperit: Tabee, Gaham, Tahas, Maacha

J Aran

G 11 27 genuit Lot — *Gen* 19 37, 38

peperit filia major filium.. Moab: ipse est pater Moabitarum

peperit filia minor filium.. Ammon: ipse est pater Ammonitarum

G 11 29 pater Melchæ „ Jeschæ

V DUCES FILIORUM ESAU ET SEIR HORRÆI IN TERRA EDOM

A *Gen* 36 15 DUCES FILIORUM ESAU

Gen 36 15 Filii **Eliphaz** primogeniti Esau — 17 Filii **Rahuel** filii Esau — 18 Filii **Oolibama** uxoris Esau

15 dux **Theman**, dux **Omar**, dux **Sepho**, dux **Cenez**,
16 dux **Core**, dux **Gatham**, dux **Amalech** :
16 Hi filii Eliphaz in terra Edom, et hi filii Ada

17 dux **Nahath**, dux **Zara**, dux **Samma**, dux **Meza**
Hi autem duces Rahuel in terra Edom :
Isti filii Basemath uxoris Esau

18 dux **Jehus**, dux **Ihelon**, dux **Core** :
Hi duces Oolibama filiæ Anæ uxoris Esau

19 Isti sunt filii Esau, et duces eorum : ipse est Edom.

B *Gen* 36 21 DUCES HORRÆI FILII SEIR IN TERRA EDOM [36 20]

[*Deut* 2 12 *quibus expulsis atque deletis,* | *habitaverunt filii Esau in Seir*]
Gen 36 20-30 | [1 *Par* 1 38-42]

20 **Lotan** 22 soror Lotan **Thamna** — 22 Filii: **Hori**, **Heman** [*Homam*]
20 **Sobal** — 23 Filii: **Alvan** [*Alian*], **Manahat** [*Manahath*], **Ebal**, **Sepho** [*Sephi*], **Onam**
20 **Sebeon** — 24 Filii: **Aia**, **Ana**
20 **Ana**
21 **Dison** — 26 Filii: **Hamdan** [*Hamram*], **Eseban**, **Jethram** [*Jethran*], **Charan**
21 **Eser** — 27 Filii: **Balaan**, **Zavan**, **Acan** [*Jacan*]
21 **Disan** — 28 habuit filios [*Filii Disan*]: **Hus**, **Aram** [*Aran*]

25 habuit filium **Dison** et filiam **Oolibama** [*Gen* 36 2 *filiam Anæ filiæ Sebeon Hevæi*]
[*Filii Ana : Dison*]

29 Hi duces Horræorum : dux **Lotan**, dux **Sobal**, dux **Sebeon**, dux **Ana**, 30 dux **Dison**, dux **Eser**, dux **Disan** : isti duces Horræorum.. in terra Seir.

C 1 *Par* 1 43 REGES QUI IMPERAVERUNT IN TERRA EDOM ANTEQUAM ESSET REX SUPER ISRAEL [*Gen* 36 31]

1 *Par* 1 43 [*Gen* 36 32]	. . . .	**Bale** [*Bela*]	filius Beor : et nomen civitatis ejus	**Denaba**
44 [33]	Mortuus est autem Bale, et regnavit pro eo	**Jobab**	" Zare [*Zara*] . . . . . de	**Bosra**
45 [34]	Cumque et Jobab fuisset mortuus, " " "	**Husam**	. . . . de terra	**Themanorum**
46 [35]	Obiit quoque et Husam, et " " "	**Adad**	" Badad..et nomen civitatis ejus	**Avith**
47 [36]	Cumque et Adad fuisset mortuus, " " "	**Semla**	. . . . de	**Masreca**
48 [37]	Sed et Semla mortuus est, et " " "	**Saul**	. . . . . . [*de fluvio Rohoboth*] de	**Rohoboth** juxta amnem
49 [38]	Mortuo quoque Saul, . . . " " "	**Balanan**	" Achobor	
50 [39]	Sed et hic mortuus est, et. . " " "	**Adad** [*Adar*]	. . . . cujus urbis nomen fuit	**Phau**
51	Adad autem mortuo, duces pro regibus in Edom esse cœperunt.			

D *Gen* 36 40 NOMINA DUCUM ESAU IN COGNATIONIBUS, ET LOCIS, ET VOCABULIS SUIS.

Gen 36 40-43
1 *Par* 1 51-54

dux **Thamna**, dux **Alva**, dux **Jetheth**, dux **Oolibama**, dux **Ela**, dux **Phinon**, dux **Cenez**, dux **Theman**, dux **Mabsar**, dux **Magdiel**, dux **Hiram** } Hi duces Edom

VI FILII RUBEN

E *Gen* 46 9 [*Exod* 6 14,15]
Filii Ruben [*primogeniti Israelis*]
Henoch, **Phallu**, **Hesron**, **Charmi**
[*Hæ cognationes Ruben*]

Num 26 5-9
5 Ruben primogenitus Israel
Hujus filius
Henoch.. **Phallu**.. 6 **Hesron**.. **Charmi**..
8 filius (Phallu): **Eliab**
9 hujus filii: **Namuel**, **Dathan**, **Abiron**
[*Num* 16 1 *Deut* 11 6]

1 *Par* 5 1-8
1,3 Filii.. Ruben primogeniti Israel
3 **Enoch**, **Phallu**, **Esron**, **Charmi**

F 4 **Joel**
filius: **Samaia** filius ejus, **Gog** ", **Semei** ", 5 **Micha** ", **Reia** ", **Baal** ", 6 **Beera** " quem capt. duxit Thelgathphalnasar.. princeps in Tribu Ruben
8 filius: **Samma** — filius: **Azaz** — filius: **Bala**
7 Fratres ejus..quando numerabantur per familias habuerunt principes **Jehiel**, **Zachariam**

G *Num* 16 1
de filiis Ruben
Pheleth
filius
Hon

VII FILII ASER

H *Gen* 46 17
Filii Aser
Jamna, **Jessui**, **Sara**, **Jesua**, **Beria**, soror eorum
filii (Beria): **Heber**, **Melchiel**

Num 26 44-47
Filii Aser
Jemna, **Jessui**, **Brie** [illegible] Filia Aser **Sara**
filii (Brie): **Heber**, **Melchiel**

1 *Par* 7 30-40
30 Filii Aser :
30 **Jemna**, **Jesua**, **Jessui**, **Barla**, **Sara** soror eorum
31 filii (Barla): **Heber**, **Melchiel** pater Barsaith

I **Heber**
32 genuit: **Jephlat**, **Somer**, **Hotham**, [illegible] **Helem** frater [illegible], **Suaa** sororem eorum
33 filii (Jephlat): **Phosech**, **Chamaal**, **Asoth** — Hi filii Jephlat
34 filii (Somer): **Ahi**, **Roaga**, **Haba**, **Aram**
35 filii (Helem): **Supha**, **Jemna**, **Selles**, **Amal**

J 36 filii (Supha): **Sue**, **Harnapher**, **Sual**, **Beri**, **Jamra**, 37 **Bosor**, **Hod**, **Samma**, **Salusa**, **Jethran**, **Bera**
Jethran seu **Jether**
38 filii (Jether): **Jephone**, **Phaspha**, **Ara** seu **Olla**
39 filii (Olla): **Arée**, **Haniel**, **Resia**

40 Omnes hi filii Aser, principes cognationum, [illegible]

K *Luc* 2 36
de tribu Aser
Phanuel
filia
Anna
prophetissa

VIII FILII JOSEPH

JOSEPH

Gen 46 20 [41 50-52] filii | *Num* 26 28, *Jos* 16 4

Manasses *seu Num* 26 28 Manasse — Ephraim [*vide tab* IX]

A

Num 26 29-33 [*Jos* 17 1-3]

[*Num* 27 1] de Manasse ortus est Machir ge-|nuit Galaad

30 habuit | filios :

Jezer [*Abiezer*] Helec
31 Asriel [*Esriel*] Sechem
32 Semida
Hepher
33 Fuit | pater Salphaad

[*Num* 27 1] qui filios | non habebat sed tan-|tum filias

Maala, Hegla, Noa, Melcha [*Num* 36 11] Thersa

1 *Par* 7 14-19

B

14 filius Manasse Esriel

14 Concubinaque ejus Syra peperit Machir

15 patrem Galaad [1 *P* 2 21, 23]

15 nomen 2ⁱ Salphaad natæ sunt filiæ

16 peperit Maacha uxor Machir Phares.. Sares: filii | ejus — Ulam, Recen

17 filius Ulam: Badan

18 Soror *Galaad* Regina peperit Virum decorum, Abiezer, Mohola

19 Erant filii Semida: Ahin, Sechem, Leci, Aniam

17 Hi sunt filii Galaad filii Machir filii Manasse

C

Judic 6 *seqq*

6 15 in Manasse
11 familia Ezri
34 *seu* Abiezer
de qua erat
11 Joas :
filius | ejus
Gedeon
seu
7 1 Jerobaal
8 30 ha-|buit

70 filios
9 5 *inter quos*
Joathan
filius Jerobaal minimus

31 Concubina genuit ei filium.. Abimelech

1 *Par* 5 23, 24

dimidiæ tribus Manasse principes *in Basan*: Epher, Jesi, Eliel, Ezriel, Jeremia, Odoia, Jediel

---

IX FILII EPHRAIM

D

Num 26 35, 36 — Filii Ephraim: Suthala.. Becher.. Thehen.. filius Heran..

1 *Par* 7 20-27 — Filii Ephraim: Suthala
Bared filius ejus
Thahath
Elada
Thahath
hujus filius Zabad
21 Suthala
Ezer et Elad

occiderunt autem eos viri Geth..
23 Ingressusque est *Ephraim* ad uxorem suam : quæ concepit et peperit filium.. Beria.. 24 Filia ej.. Sara 25 Porro filius ejus Rapha et Reseph et Thale,

de quo natus est . . . . Thaan,
26 qui genuit . . . . Laadan:
hujus quoque filius. . . . . . . Ammiud,
qui genuit . . . . . [*Num* 1 10] Elisama,
27 de quo ortus est . . . . Nun,
qui habuit filium Josue *seu Num* 13 9, 17 Osee [1 *Mac* 2 55 *Jesus*]

3 *Reg* 11 *seqq*

11 26 Nabat
filius
Jeroboam Ephrathæus
filius
14 1 Abia
15 25 Nadab

X FILII GAD

E

Gen 46 16 [*Num* 26 15-17] Filii Gad:

Sephion [*Sephon*]
Haggi [*Aggi*]
Suni
Esebon [*Ozni*]
Heri [*Her*]
Arodi [*Arod*]
Areli [*Ariel*]

F

1 *Par* 5 11-15

11 Filii.. Gad.. habitaverunt in Basan usque Selcha

12 Joel in capite, et Saphan 2us : Janai autem et Saphat in Basan.

4 *R* filius 3 11 [6 31] [3 *R* 19 16, 19] Eliseus

13 Fratres.. eorum secd. domos cognationum: Michael, Mosollam, Sebe, Jorai, Jachan, Zie, Heber, 7

14 Hi filii Abihail filii Huri - Jara - Galaad - Michael - Jesesi - Jeddo - Buz

15 Fratres quoque filii Abdiel filii Guni principes domus in familiis suis

XI FILII ISSACHAR

G

G 46 13 [*Num* 26 23] Filii Issachar : Thola, Phua, Job [*Jasub*], Semron [*Semran*]

1 *Par* 7 1-3 Filii Issachar : Thola, Phua, Jasub, Simeron 4

Ozi — Raphaia, Jeriel, Jemai, Jebsem, Samuel

filii Izrahia
de quo | nati sunt
Michael, Obadia, Joel, Jesia — 5 omnes principes

Judic 10 1 de Issachar : Phua patrui Abimelech filius Thola dux in Israel

3 *Reg* 15 27 de domo Issachar : Ahiæ filius Baasa rex | Israel 3 *R* filius 16 8 Ela

---

XII FILII SIMEON

H

G 46 10 [*Exod* 6 15] Filii Simeon : Jamuel, Jamin, Ahod, Jachin, Sohar [*Soar*], Saul | Chananitidis filius [*Chananitidis*]

[*Hæ progenies Simeon*]

Num 26 12, 13 Filii Simeon: Namuel, Jamin, Jachin, Zare, Saul

1 *Par* 4 24-33, 34-41, 42, 43

24 Filii Simeon : Namuel, Jamin, Jarib, Zara, Saul
25 Sellum filius ejus
Mapsam
Masma
26 Filii Hamuel
Zachur
Semei

I

34 Mosobab, 35 Joel, 36 Eliœnai, 37 Samaia
Jemlech, Asiel, Jacoba, Semri
Amasiæ, Saraiæ, Isuhaia, Idaia
filius Josa; filii Josabiæ, Jehu; Asaia, Adiel, Ismiel, Banala; Allon, Sephei, Ziza

38 Isti.. principes in cognationib s. 39 Et profecti s.. in Gador.

42 De filiis.. Simeon abierunt in.. Seir viri 500 habentes principes: Phaltiam, Naariam, Raphalam, Oziel filios Jesi

43 percusserunt reliquias..Amalecitarum, et habitaverunt ibi.

J

Num 25 14 de cognatione et tribu Simeonis Salu filius Zambri occisus est cum Madianitide *a Phinees*

Judit 6 11 De tribu Simeon Micha filius Ozias *princeps in Bethulia in dieb Judith*

(1) *De illo Ruben qui dicitur pater Simeon in genealogia Judith, vide commentatores, et confer LXX.*

L

27 Filii.. 16 et filiæ 6 28 Habitaverunt

28 in Bersabee, Molada, Hasarsuhal, 29 Bala, Asom, Tholad | hæ civitates eorum
30 in Bathuel, Horma, Siceleg, 31 Bethmarchaboth, Hasarsusim, Bethberai, Saarim | usq ad regem David
32 Villæ quoque eorum : Etam, Aen, Remmon, Thochen, Asan, civitates 5
33 et universi viculi eorum per circuitum civitatum istarum usq ad Baal : hæc.. habitatio eorum, et sedium distributio.

K

Judit 8 1, 9 2

9 2 patris.. Simeon
8 1 Ruben (1)
Simeon
Salathiel
Nathaniæ
Enan
Melchiæ
Achitob
Raphaim
Gedeon
Jamnor
Elai
Oziæ
Joseph
Idox
filii Merari
filia Judith

XIII FILII NEPHTHALI

M

Gen 46 24 [*Num* 26 48] Filii Nephthali : Jasiel [*Jesiel*], Guni, Jeser, Sallem [*Sellem*]

1 *Par* 7 13 Filii Nephthali : Jasiel, Guni, Jeser, Sellum — filii Bala

Tob 1 1 [7 3, 4] Ex tribu et civitate Nephthali: Tobias, Gabelus; Tobias — 7 4 *vocat* Tobiam fratrem meum

XIV FILII DAN

N

Gen 46 23 [*Num* 26 42] Filii Dan : Husim [*Suham*]

Exod 31 6, 35 34 [38 23] de tribu Dan Achisamech filius Ooliab *qui fuit socius Beseleel*

Levit 24 11 de tribu Dan Dabri filia Salumith mater *blasphemi*

Judic 13 2, 24 de stirpe Dan Manue *cujus* uxor pe-|perit Samson

2 *Par* 2 13, 14 Hiram.. filium mulieris de filiabus Dan cujus pater fuit Tyrius, *artificem in templo Salomonis*

XV FILII BENJAMIN

A G 46 21 Filii Benjamin: Bela, Bechor, Asbel, Gera, Naaman, Echi, Ros, Mophim, Ophim, Ared

Num 26 38-40 Filii Benjamin: Bela — filii Hered, Noeman; Asbel, Ahiram, Supham, Hupham

1 Par 7 6-12 Filii Benjamin

6 Bela — 7 filii: Esbon, Ozi, Oziel, Jerimoth, Urai. 5

et Bechor — 8 filii: Zamira, Joas, Eliezer, Eliœnai, Amri, Jerimoth, Abia, Anathoth, Almath

et Jadihel 3 — 10 filii: Balan — filii: Jehus, Benjamin, Aod, Chanana, Zethan, Tharsis, Ahisahar

12 Sepham quoque, et Hapham filii Hir, et Hasim filii Aher

B 1 Par 8 1-28 Benjamin.. genuit

1 Bale primog, Asbel 2^m 2 Nohaa 4^m, Ahara 3^m Rapha 5^m

3 filii: Addar, et Gera, et Abiud, 4 Abisue, et Naaman, et Ahoe, 5 Sed et Gera, et Sephuphan, et Huram.

6 Hi sunt filii . . . . Ahod (seu) principes cognationum habitantium in Gabaa, qui translati sunt in Manahath.

7 Naaman autem, et Achia, et Gera ipse transtulit eos et genuit Oza et Ahiud.

C Judic 3 15 Jemini — filii Gera — filium Aod

2 R 19 16 [3 R 2 8] Jemini — filius Gera — filius [2 R 16 5] Semei

2 R 4 2 De filiis Benjamin Remmon Berothitæ [4 5] — filii Baana et Rechab

Rom 11 1, Phili 3 5 de tribu Benjamin Paulus Apostolus

2 R 20 1 seq Bochri — filius Seba vir Jemineus

D 8 Porro Saharaim genuit in regione Moab, postquam dimisit Husim et Bara uxores suas

9 Genuit autem de Hodes uxore sua: 9 Jobab, Sebia, Mosa, Molchom, 10 Jehus, Sechia, Marma

10 Hi sunt filii ejus principes in familiis suis.

11 Mehusim vero seu? de Husim genuit Abitob et Elphaal

12 Porro filii Elphaal

E 12 Heber, Misaam, Samad: hic ædificavit Ono et Lod et filias ejus

13 Baria autem . . . . et Sama (seu?) Semei principes cognationum habitantium in Aialon

17 Zabadia, Mosollam, Hezeci, Heber; 18 Jesamari, Jezlia, Jobab — filii Elphaal

F 14 Ahio, et Sesac, et Jerimoth (seu) 15 Zabadia, Arod, Heder, 16 Michael, Jespha, Joha — filii Baria

19 Jacim, Zechri, Zabdi; 20 Eliœnai, Selethai, Eliel; 21 Adaia, Baraia, Samarath — filii Semei

G 22 Jespham, Heber, Eliel; 23 Abdon, Zechri, Hanan; 24 Hanania, Ælam, Anathothia; 25 Jephdaia, Phanuel (seu) — filii Sesac — Jeroham

26 Samsari, Sohoria, Otholia, 27 Jersia, Elia, Zechri filii Jeroham

28 Hi patriarchæ et cognationum principes qui habitaverunt in Jerusalem.

I GENEALOGIA ET GENERATIONES SAUL

ex 1 Reg 9 1, 2 et 1 Par 8 29-40, 9 35-44

1 Reg 9 1 de Benjamin [Act 13 21] viri Jemini

1 Reg 9 1,2 — Aphia — Bechorath — Seror — filii Abiel . . . . seu? Abigabaon . . . seu pater Gabaon

filius Cis [1 R 14 51] [Act 13 21] — Saul

1 R 14 50 [51] Ner patruelis — filius Abner — 1 Par 27 21 — Jasiel

J 1 Par 8 29-31 [1 Par 9 35-37] Jehiel, et nomen uxoris ejus Maacha

Filius ej primog Abdon, Sur, Cis, Baal, [et Ner], Nadab, Gedor, Ahio, Zacher [Zacharias], Macelloth

8 33-40 genuit [9 39-44] Cis — Saul

8 32 [9 38] genuit Samaa [Samaan]

K Jonathan [1 R 14 49, 31 2], Melchisua [1 R 14 49, 31 2], Abinadab [1 R 31 2], Esbaal

Jonathan — filius Meribbaal seu 2 R 4 4 Miphiboseth — genuit 2 R 9 12 habebat filium Micha

Meribbaal genuit Micha — filii: Phithon, Melech, Tharaa, Ahaz

Ahaz genuit Joada [Jara] — Alamath, Azmoth, Zamri

Zamri — Mosa — Banaa — Rapha [Raphaia] — de quo ortus est [genuit] Elasa — genuit [illegible]

Abinadab seu 1 R 14 49 Jessui

Esbaal seu 2 R 2 8 seq Isboseth filium Saul

1 Reg 14 49 nomina filiarum ejus: nomen primogenitæ Merob, minoris Michol

H GENEALOGIA MARDOCHÆI ET ESTHER

Esth 11 2 de tribu Benjamin [2 5 de stirpe Jemini]

Cis — Semei — Jairi [2 5 Jair]

2 7 Mardochæus 2 15.. Abihail fratris Mardochæi nutritius filiæ fratris sui Edissæ quæ altero nomine vocabatur Esther

L Asel — [illegible] — Ezricam, Bocru, Ismael, Saria, Obdia, Hanan — [illegible]

1 Par [illegible] Esec fratris [illegible] — Ulam, Jehus, Eliphalet — [illegible] 150

[illegible] filii Benjamin

XVI FILII ZABULON

M Gen 46 14 Filii Zabulon: Sared, Elon, Jahelel

Num 26 26 Filii Zabulon: Sared, Elon, Jalel

Judic 12 11 Zabulonites: Ahialon judicavit Israel

XVII

FILII LEVI

LEVI

G 46 11 [*Exod* 6 16] *Num* 3 17 [26 57] Filii | 1 *Par* 6 1, 16 [23 6]

Gerson *seu* [1 *P* 6 20, 43, 62, 71, 2 *P* 29 12] Gersom — Caath [*vide tabulam sequentem*] — et Merari

A

Exod 6 17 [*Num* 3 18] Filii Gerson: Lobni [*Lebni*], Semei

1 *Par* 6 17, 20-21, 39-43: 17 nomina filiorum Gerson: Lobni, Semei

20 Gersom — Lobni filius ejus, Jahath „ „, Zamma „ „, 21 Joah „ „, Addo „ „, Zara „ „, Jethrai „ „

43 Levi — Gersom — Jeth — Semei — 42 Zamma — Ethan — Adaia — 41 Zara — Athanai — Melchiæ — 40 Basaiæ — Michael — Samaa — filii — 39 Barachiæ — filius [1 *P* 15 17] — Asaph (1)

B

1 *Par* 23 7-11 Filii Gerson:

7 — 8 Leedan, Filii: princeps Jahiel, et Zethan, et Johel (3) — 9 Semei, Filii: Salomith, et Hosiel, et Aran (3). Isti principes familiarum Leedan.

et Semei 10, 11: Filii: Lehelh prior, Ziza 2us, Jaus, Baria. Isti filii Semei 4

1 *Par* 26 21, 22: 21 Filii Ledan filii Gersonni: de Ledan — principes familiarum, Ledan, et Gersonni, Jehieli. 22 Filii — Zathan et Joel fratres ejus super thesauros domus Dni.

2 *Par* 29 12 de filiis Gerson, Zemma — filius — Joah; Joah — filius — Eden qui Ezechia regnante surrexerunt.. 15 ut expiarent domum Dei.

C

665	2	**latitudine**		*Deut* 33 20	„	*Deut* 33 20
668	3	**legeral**	2 *Par* 34 31	in vol [illegible]	„	in vol illo
671	2	**legis**	*Galat* 3 5	— an, ex	„	—, an ex
675	3	**libidine**	*Ezec* 23 9	insanivit [*Oolla*]	„	insanivit — [*Oolla*]
791	1	**obedlemus**	*Jos* 1 17	[illegible]	„	Moysi
1203	2	*titul. columnæ*			*adde*	— es
1210	2	**villa**	*Marc* 15 21	[*Luc* 22 36]	*lege*	[*Luc* 23 26]

et reliqua, quæ nostris qualitercumque curis exciderunt, benigne velis, amice lector, emendare

CURSUS
SCRIPTURAE SACRAE

AUCTORIBUS

R. CORNELY, I. KNABENBAUER, FR. DE HUMMELAUER

aliisque Soc. Iesu presbyteris

S. P. PIUS X,

UT SANCTITATI SUAE OPUS HOC DEDICARETUR, BENIGNE CONCESSIT

ATLAS BIBLICUS

PARISIIS

SUMPTIBUS P. LETHIELLEUX, EDITORIS

10, VIA DICTA « CASSETTE », 10

ATLAS BIBLICUS

CONTINENS

DUAS ET VIGINTI TABULAS

QUIBUS ACCEDIT

INDEX TOPOGRAPHICUS

IN UNIVERSAM GEOGRAPHIAM BIBLICAM

EDITORE

MARTINO HAGEN S. I.

PARISIIS

SUMPTIBUS P. LETHIELLEUX, EDITORIS

10, VIA DICTA « CASSETTE », 10

1907

PIO · X · PONTIFICI · MAXIMO

COMMENTARIOS · ISAGOGICOS · ET · EXEGETICOS
IN · OMNES · VETERIS · NOVIQVE · TESTAMENTI · SCRIPTVRAS
AD · SANCTORVM · PATRVM
ET · VETVSTIORVM · SCHOLAE · DOCTORVM
IVNIORVMQVE · INTERPRETVM
NORMAM · EXACTOS
ADHIBITIS · VBI · OPVS · FVERIT
RECENTIORVM · SCIENTIARVM · SVBSIDIIS
AVCTORES · OBSEQVENTISSIMI
SVMMO · ATQVE · INERRANTI · DIVINAE · VERITATIS · INTERPRETI
QVI · SINGVLARI · DIGNATIONE · BENIGNITATIS
ID · QVIDQVID · EST · OPERIS
NOMINI · SVO · INSCRIBI · PERMISIT
PIETATIS · ET · IMMOBILIS · FIDEI · PIGNVS · EXHIBENT
SEQVE · AC · SVA · STVDIA · OMNIA
ADDICVNT · DEVOVENT
SEDIS · APOSTOLICAE · DOCTRINAE · ADSERENDAE
SACRARVM · LITERARVM · AVCTORITATI
PRO · VIRIBVS · PROPVGNANDAE

Cum opus, cui titulus est : Atlas Biblicus, editore MARTINO HAGEN, Sacerdote Soc. Jesu, aliqui eiusdem Societatis revisores, quibus id commissum fuit, recognoverint et in lucem edi posse probaverint, facultatem concedimus, ut typis mandetur, si ita iis, ad quos pertinet, videbitur.

In quorum fidem has litteras manu nostra subscriptas et sigillo muneris nostri munitas dedimus.

Exaten, die 31 Martii 1906.

C. SCHAEFFER, S. J.
Prov. Germ. Praepositus.

IMPRIMATUR

Parisiis, die 14 Maii 1906.

† FRANCISCUS, Card. RICHARD
Arch. Parisiensis.

PRAENOTANDA

Index topographicus recenset nomina biblica secundum Vulgatam et textum primigenium, inserit alia quoque nomina historica cum Geographia biblica conexa, adiungit adnotationes topographicas et nomina hodierna, ubi fieri potest.

Typis crassis maiusculis excusa sunt nomina biblica (v. g. **BETHLEHEM**), typis crassis ordinariis alia nomina historica ordini alphabetico inserta (v. g. **Sepphoris**), typis cursivis nomina hodierna (v. g. *Beit Laḥm*).

In parenthesi angulata indicantur numerus Tabulae et quadrum v. g. **ACCHO** [11 A 3]. Interdum praefigitur Cfr v. g. **BAAL PHARASIM** [Cfr 20 C 1.2], si quando in Tabula non reperitur nomen loci (Baal Pharasim), sed regionis tantum circumiacentis (Vallis Raphaim).

In Tabulis nomina biblica typis rubri coloris efferuntur, praeterquam in Tabula 4. Chanaan, quae imprimis biblica nomina praebet.

Quoad nomina arabica notandum est puncta infra consonantes in Tabulis consulto esse omissa, in Indice autem adscripta.

Numeri passim in Tabulis additi metris exprimunt elevationem vel depressionem (—) relate ad aequor maris Mediterranei. Quoad mare Mortuum (— 393,8) et lacum Genesareth (— 208) praeter depressionem superficiei adduntur numeri profunditatem aquae pro aliquibus locis indicantes.

Abbreviaturae in Tabulis adhibitae :

Dj. — *Djebel* (mons).
Fl. — Fluvius.
I. — Insula.
Kh. — *Khirbet* (ruinae).
L. — Lacus.
M. — Mons, montes.
N. — *Nahr* (fluvius).
W. — *Wadi* (torrens, vallis).

INDEX TABULARUM

INDEX TOPOGRAPHICUS

A

ABANA (אבנה, אמנה), fluvius Damasci, Chrysorrhoas Strabo, Plin.), *Nahr Barada*, qui de *Djebel el-Zebedani* in Antilibano profluit, inde Damascum petit et in lacum *Bahrat el-ʿAteibe* se effundit. (9 AB 4; 10 EF 2).

ABARIM (עברים), mons seu montes in Moab ad orientem maris Mortui superioris. Praecipua cacumina Nebo (*Neba*), Phogor, Phasga (*Ras Siyagha*). (4 C 4; 14 B 2).

ABDON (עבדון), urbs tribus Aser, *Khirbet ʿAbde* 7 km ab *el-Zib* (Achziba) orientem versus. (11 B 2).

ABEL vineis consita v. Abel Keramim.

ABELA v. Abel Beth Maacha.

ABEL BETH MAACHA (אבל בית־מעכה, pratum domus Maacha), etiam Abela et Bethmaacha, Abela, Abel domus Maacha, Abeldomus Maacha, Abelmaim; urbs tribus Nephthali, *Abil el Qamh* occidentem versus a *Baniyas* (Caesarea Philippi). (9 A 4; 11 C 1).

ABEL KERAMIM (אבל כרמים, pratum vinearum), locus in terra transiordanica ab Aroer Gad et Rabbath Ammon orientem versus.

ABEL MAGNUS (אבל הגדולה) vel potius lapis (אבן) magnus in agro Iosue Bethsamitae (v. Bethsames 1).

ABELMAIM (אבל מים) v. Abel Beth Maacha.

ABELMEHULA, ABELMEULA (אבל מחולה, pratum saltationis), urbs tribus Issachar, *ʿAin el-Helwe* prope locum, ubi *Wadi el-Maleh* in depressionem Iordanis descendit vel forte *Khirbet Hammam el-Maleh* in eadem regione. (4 C 3; 12 E 2).

ABEL MIZRAIM v. Area Atad.

ABELSATĪM (אבל השטים, pratum acaciarum), brevius Settim, Setim, locus castrorum Israel ante transitum Iordanis. Situs quaeritur in planitie *Ghor el-Seisabān*, quae inter *Wadi Nimrīn* et litus aquilonare maris Mortui extenditur. (Cfr 13 EF 1; 14 AB 1).

ABENBOEN, LAPIS BOEN (אבן בהן), locus in confinibus Iuda et Beniamin inter Beth Hagla et Adommim. (Cfr 4 C 4).

ABES (אבץ), urbs tribus Issachar, fortasse *Khirbet el-Beida* i. e. Alba seu Candida in planitie Esdrelon inter Nazareth et montem Carmel. (11 B 4).

ABILINA (ἡ Ἀβιληνή), tetrarchia cum urbe principali Abila (hodie *Suq Wadi Barada*). (9 A 4; 10 D 2).

ABIMAEL (אבימאל), gens Iectanidarum in Arabia meridionali.

ABRAN (עברן), urbs tribus Aser, fortasse eadem atque Abdon vel, si est urbs distincta, vicus *Berwe* orientem versus ab *ʿAkka*. (11 B 3).

ABRONAS torrens v. Mambre torrens.

ABUNDANTIA (שבעה), puteus quem servi Isaac foderant, a quo nomen Bersabee.

ACCAIN (הקין), urbs in tertia provincia montis Iuda, *Khirbet Yaqin* 3 km septentrionem versus a *Zif*. (13 D 3).

ACCARON, ACRON (עֶקְרוֹן), urbs Philisthaeorum in Sephela, assyr. Amqarruna, hodie *ʿAqir* ad orientem Iamniae. [4 A 4; 13 B 1].

ACCHO (עַכּוֹ), **PTOLEMAIS** (Πτολεμαΐς), urbs in tribu Aser, apud Graecos Ἄκη, apud Latinos Acce (Ace), assyr. Aqqu u, hodie *ʿAkkā*, Saint-Jean-d'Acre. [4 B 2; 5 B 2; 8 G 4; 11 A 3].

ACERVUS NOVARUM FRUGUM v. Tel Abib.

ACHAD (אַכַּד), urbs tetrapoleos Nemrod in terra Sennaar, assyr. Agade, Akkadi, prope Sippar (*Abu Habba*), a qua urbe interiecto canali *Nar Agade* separabatur. [5 D 2].

ACHAIA (Ἀχαΐα) notione antiquiore terra maritima Peloponnesi septemtrionalis, sed ab anno 146 a. Chr. provincia romana Graeciam proprie dictam (Hellada) et Peloponnesum complectens. [8 D 3].

ACHAZIB, ACHZIB, ACHZIBA (אַכְזִיב).

1. Urbs maritima tribus Aser, vicus *el-Zīb* trium fere horarum itinere ab *ʿAkkā* septemtrionem versus nec procul ab ostio *Wadi Qarn*. [11 B 2].

2. Achzib, urbs Iuda in tertia provincia urbium Sephelae, fortasse *ʿAin el-Kezbe* paulo infra *Beit Nettif* (Netopha) nec procul ab *ʿId el-Mā* (Odollam) septemtrionem versus. [Cfr 13 C 2].

ACHOR (עֵמֶק עָכוֹר i. e. vallis tumultus sive turbarum), vallis prope Iericho et Galgala, in qua Achan eiusque familia lapidati sunt, fortasse *Wadi el-Qelt* ad meridiem Iericho. [13 E 1; 14 A 1; 19 DE 1].

ACHSAPH (אַכְשָׁף), urbs antiqua chananaea in tribu Aser, *Kefr Yasif* haud procul ab Accho inter aquilonem et orientem. [4 B 2; 11 B 3].

ACHZIB, ACHZIBA v. Achazib.

ACRABATHANE (ἡ Ἀκραβαττίνη), pars Idumaeae circa ascensum scorpionis (Acrabim) sese extendens. [3 E 1. 2].

Acrabatta seu Acrebitena toparchia, cuius urbs principalis erat Acrabbi (Ἀκραββείν) 9 mil. pass. a Neapoli (Sichem) inter orientem et meridiem, hodie *ʿAqrabe* [12 E 3]; v. Ecrebel.

ACRABIM (מַעֲלֵה עַקְרַבִּים, Vulgata : ascensus scorpionis), terminus terrae promissae et sortis Iuda, probabiliter saltus montanus *el-Safa* septemtrionem versus a *Wadi el-Fiqre*, per quem saltum via a Petra (Sela) Hebronem ducit. [3 E 2].

ACRON v. Accaron.

ADADA (עַדְעָדָה), urbs Iuda in Negeb, *ʿAdʿada* inter *Sudeid* et *el-Zuweire el-foqā* [13 D 4], nisi forte emendandum sit Arara seu Aroer (v. Aroer 3).

ADADREMMON (הֲדַדְרִמּוֹן), vicus prope Mageddon in planitie Esdrelon, saeculo 4. p. Chr. Maximianopolis, vicus *Rummāne* 6 km a *Ledjdjun* (Mageddo) meridiem versus. [11 B 4; 12 D 1].

ADAMA (אַדְמָה), urbs Pentapoleos in valle Siddim.

ADAMI (אֲדָמִי הַנֶּקֶב, Vulgata : Adami quae est Neceb). Utrum Adami et Neceb sint duae urbes (LXX, Peshitta) an una (textus hebr., Targum Ionathan, Vulgata), non satis liquet. Adami agnoscitur *Damiye* [11 C 3; 17 B 2] inter Tiberiadem et montem Thabor vel a nonnullis *Khirbet Adma* [11 C 4; 15 A 1] ad dexteram ripam Iordanis paulo infra lacum Tiberiadis. Neceb fortasse est Siadatha talmudicum, *Khirbet Seiyade* ad occidentem inferioris lacus Tiberiadis [17 C 2].

ADAR, ADDAR (חֲצַר־אַדָּר i. e. septum seu pagus Addar, Vulgata : villa nomine Adar), urbs tribus Iuda in extremis finibus Palaestinae meridiem versus sita, quaerenda inter Cadesbarne et ostium Torrentis Aegypti. [Cfr 3 DE 1. 2].

ADARSA, ADAZER (Ἀδασά), urbs Iudaeae, *Khirbet ʿAdasa* ad septemtrionem Ierusalem et 3 km ad orientem *el-Djib* (Gabaon). [13 D 1; 18 C 1; 19 A 1].

ADBEEL (אַדְבְּאֵל), gens ismaelitica, assyr. Idibiilu, inter meridiem et occidentem a mari Mortuo versus fines Aegypti.

ADDAR v. Adar.

ADDON v. Adon.

ADDUS v. Adiada.

ADIADA, ADDUS (Ἀδιδά) seu **HADID** (חָדִיד), urbs Iudaeae in Sephela septemtrionali, vicus *Hadīthe* 4 km orientem versus ab *el-Ludd* (Lydda, Lod). [13 C 1].

ADITHAIM (עֲדִיתַיִם), urbs tribus Iuda in prima provincia Sephelae, nisi forte Ios. 15,36 pro Saraim et Adithaim emendandum sit Saraim urbs Gethaeorum.

ADOM (אָדָם), urbs, prope quam aquae Iordanis steterunt, dum Iosue cum Israelitis flumen pertransiit, *Tell Damiye* trans Iordanem prope vadum Iordanis *el-Damiye* paulo infra confluentem Iaboc et Iordanis. [4 C 3; 12 E 3; 15 A 3].

ADOMMIM ascensio seu ascensus (מַעֲלֵה אֲדֻמִּים), confinium inter Iuda et Beniamin, *Talʿat*

el-Dam i. e. ascensus sanguinis, locus editior ad ripam dexteram *Wadi el-Qelt* inter Iericho et Ierusalem; summitatem illius ascensus occupant ruinae *Qal'at el-Dam* (castellum sanguinis); infra castellum est xenodochium *Khan el-Hatrur*. [4 C 4; 13 E 1; 19 C 2].

ADON, ADDON (אַדָּן, אַדּוֹן), urbs chaldaica, quae cum urbibus vicinis Cherub et Emmer unam regionem Cherub-Addon-Emmer efformasse putatur.

ADOR v. Aduram.

ADORAM (הֲדוֹרָם), gens Iectan in meridionali parte Arabiae, fortasse Adramitae (Ptol. VI. 7,10).

ADRAMYTTIUM (Ἀδραμύττιον), urbs Mysiae ad sinum Adramyttenum sita e regione Lesbi insulae; hodiernus vicus *Edremid* a litore remotior nomen urbis antiquae sortitus est. [8 E 3].

ADRIA (ὁ Ἀδρίας), mare inter Cretam et Melitam (Malta) iuxta antiquum usum loquendi, hodie vero mare inter Italiam et Illyricum. [8 BC 1. 2].

ADULLAM v. Odollam.

ADURAM (אֲדוֹרַיִם), **ADOR** (Ἀδωρα), urbs tribus Iuda, vicus *Dura* 9 km a Hebron occidentem versus. [13 C 2].

AEGYPTUS (מִצְרַיִם, rarius מָצוֹר; Αἴγυπτος), poetice Cham (חָם) et etiam superbia (רַהַב), assyr. Misri, Musri, Misir, Musur. Termini sunt mare Rubrum, Aethiopia (Syene), deserta Libyca, mare Mediterraneum, torrens Aegypti. [Tab. 2].

AELAM (עֵילָם), gens a primo filio Sem descendens. Regio Aelam erat a Tigride inferiore orientem versus, a sinu Persico septemtrionem versus usque ad Assyriam et Mediam; complectebatur eosdem fere tractus quos postmodum Susiana et Elymais. [1 C 2; 5 E 2. 3].

AELATH (אֵילַת, אֵילוֹת), urbs cum portu ad sinum Aelaniticum in ditione Edomitarum, Gen. 14, 6 hebr. El Pharan i. e. El (Aila, Aelath) in limine deserti Pharan, hodie *'Aqaba* [3 E 3] in termino aquilonari sinus *'Aqaba*. [3 E 3. 4].

AEN v. Ain 2.

AENGANNIM v. Engannim 1.

AENNON (Αἰνών) iuxta Salim, ubi erat Ioannes baptizans, a Scythopoli (Bethsan) meridiem versus, fortasse ruinae *Umm el-'Amdan*, prope quas septem fontes in circulo satis angusto concludi videntur, vel *'Ain el-Shemsiye* in eadem regione [12 E 2] vel *'Ain Djirm* ad orientem Iordanis iuxta *Sharhabil* [11 CD 5; 15 AB 2].

AETHIOPIA (כּוּשׁ), regio a Syene urbe modo longius modo propius Abyssiniam versus pertinens. [1 AB 3. 4; 2 BC 4. 5. 6].

AFRICA (פּוּט) v. Phuth.

AGARENI, AGAREI (הַגְרִים, הַהַגְרִיאִים), tribus arabica [1 B 2], apud veteres scriptores Agraei, fortasse iidem ac Gerrhaei ad sinum Persicum [1 C 3] in regione *Bahrein*.

AGER ROBUSTORUM v. Helcath hasurim.

AHALAB (אַחְלָב), urbs tribus Aser, probabiliter eadem ac Gischala (Γίσχαλα, apud Flavium Iosephum, Gush Khalab in Mishna, hodie *el-Djish* in Galilaea aquilonari et eiusdem fere latitudinis geographicae ac terminus australis lacus *Hule*. [11 C 2].

AHAVA (אַהֲוָא), fluvius vel potius canalis et regio in Babylonia.

AHION (עִיּוֹן), urbs tribus Nephthali aquilonem versus sita, collis *Tell Dibbin* ruinis coopertus et ex planitie *Merdj 'Ayun*, quae nomen ab urbe *'Iyyon* traxisse censetur, assurgens. [11 CD 1; 10 BC 3].

AIALON (אַיָּלוֹן). **1.** Urbs et vallis in confinibus Dan et Beniamin, vicus *Yalo* [4 B 4; 13 C 1] prope *'Amwas* orientem versus in colle positus, a quo septemtrionem versus se extendit *Merdj ibn 'umar*, orientem versus *Wadi Salman* Gabaon versus.

2. Urbs tribus Zabulon, *Khirbet Djalun* ad orientem Accho in confinibus Zabulon et Aser. [4 B 2; 11 B 3].

AIEPHIM (עֲיֵפִים) prope Galgala vel Iericho, certe non procul a ripa Iordanis occidentali.

AILA, AILATH v. Aelath.

AIN. 1. Ain (הָעַיִן cum articulo : oculus) in termino orientali terrae promissae, fortasse ruinae *'Ayun* orientem versus a termino australi lacus Tiberiadis nec procul a fluvio *Yarmuk*. [17 C 2]. Vulgata vertit : fontem Daphnim.

2. Ain, Aen (עַיִן), urbs tribus Iuda Simeonitis designata, haud procul a Remmon (רִמּוֹן), cuius vestigium agnoscitur in *Khirbet Umm el-Rumamin* circiter 3 horis a Bersabee aquilonem versus; fortasse una urbs En-Remmon. [4 B 5; 13 C 3].

3. Ain urbs sacerdotalis v. Asan.

AION eadem urbs quae Ahion.

AISORA (Αισωρα), urbs, fortasse *'Asirat el-Hatab* aquilonem versus a *Nabulus* (Sichem). [12 D 2].

AITAM v. Etam 2.

ALEXANDRIA (ἡ Ἀλεξάνδρεια), urbs Aegypti e regione Phari insulae. [2 A 2].

ALICARNASSUS scribitur in Vulgata pro Halicarnassus (vide s. v.).

ALIMIS (ἐν Ἀλέμοις, Vulgata : in Alimis), urbs munita in Galaad, fortasse *ʿIlma* in *Hauran* vel probabilius *Kefr el-Ma* i. e. vicus aquae in *Djolan* ab oriente lacus Tiberiadis in collibus, qui ripam dexteram *Nahr er-Ruqqad* superant. [16 B 3; 17 D 2].

ALLOPHYLI v. Philisthaei.

ALMATH (עלמת), eadem urbs quae Almon.

ALMON (עלמון), urbs tribus Beniamin, *Khirbet ʿAlmit* inter aquilonem et orientem ab Hierosolymis. [13 D 1; 18 D 2; 19 B 2].

ALUS (אלוש), statio Israelitarum inter desertum Sin (planitiem *el-Markha*) et Raphidim (*Wadi Feiran*). [Cfr 3 CD 4].

AMAAD (עמעד), urbs tribus Aser, fortasse *Umm el-ʿAmed* [4 B 2; 11 B 4] prope *Beit Lahm* (Bethlehem Zabulon) vel ex aliorum opinione *Khirbet el-ʿAmud* ad septemtrionem Accho nec procul ab *ez-Zib* (Achazib) [11 B 2]; sed v. Hamon.

AMALEC (עמלק). **1**. Gens ad meridiem Palaestinae. [1 B 3].
2. Gens edomitica (Vulgata : Amalech).

AMAM (אמם), urbs tribus Iuda in Negeb; est ignota.

AMANA (אמנה) est vel regio montana in Antilibano, de qua profluit Abana (Amana) fluvius Damasci vel probabilius mons Hor (v. Hor 2). [10 B 3].

AMATHAEI (חמתי) sunt Chananaei in Emath. [Cfr 9 B 2].

AMATHITES (Ἀμαθῖτις), regio iuxta Libanum circa urbem Emath.

AMMA (עמה), urbs tribus Aser, viculus *ʿAlma el-Shaʿb* orientem versus ab oppido maritimo *en-Naqura* [11 B 2], nisi forte Amma mendum sit pro Acco.

AMMAH (גבעת אמה, Vulgata : collis aquae ductus), collis secus viam deserti Gabaon.

AMMANITIS, regio Ammon. [1 B 2].

AMMAUM legitur in Vulgata I Mach. 9, 50 pro Emmaus 1.

AMMON (עמון), gens ab Ammon (Benammi) filio Lot progenita, primitus inter flumina Arnon et Iaboc habitans, postea ab Amorrhaeis orientem versus reiecta. [1 B 2; 4 D 3. 4; 5 B 3].

AMONA (המונה i. e. multitudo, copia), nomen symbolicum civitatis, prope quam Gog cum exercitu suo sepelietur, ad orientem maris (Mortui).

AMORRHAEI (אמרי), gens chananaea, aegypt. Amor vel Amara, assyr. Amurru et regio Amurri; nomen sumericum Martu probabiliter est modificatio quaedam nominis Amurru. Incolebant montana cis et trans Iordanem.

AMOSA (מצה cum articulo המצה), urbs in parte occidentali tribus Beniamin, *Beit Mizze* prope Ierusalem inter aquilonem et occidentem. [4 B 4; 13 D 1; 18 B 2; 20 B 1].

AMPHIPOLIS (Ἀμφίπολις), urbs Macedoniae ad Strymonem fluvium, qui ex lacu Cercinitide (*Tachyno*) egressus urbem ab aquilone, occidente, meridie circumfluit et unius fere horae intervallo ab urbe in sinum Amphipolitanum effunditur; locum occupat vicus *Neochori*, turcice *Jenikoei* i. e. nova urbs. [8 D 2].

AMTHAR (המתאר), urbs tribus Zabulon; sed Ios. 19, 13 emendandum videtur יתאר = et vergit (flectitur) scil. terminus.

ANA (הנע), urbs ab Assyriis expugnata, fortasse *Ana* seu *Anat* in utraque ripa Euphratis 4 fere dierum itinere a *Baghdad* inter *Hit* et *Rakka* sita, apud Graecos Anatho. [5 C 2].

ANAB (ענב), urbs tribus Iuda in prima provincia montis, *Khirbet ʿAnab* 6 fere horarum itinere ab Eleutheropoli austrum versus. [4 B 5; 13 C 3].

ANAHARATH (אנחרת), urbs tribus Issachar, vicus *en-Naura* prope *Zerʿin* inter aquilonem et orientem. [11 C 4].

ANAMIM (ענמים), populus aegyptiacus ex posteris Mesraim.

ANANIA (ענניה), urbs tribus Beniamin, vicus *Beit Hanina* prope Ierusalem aquilonem versus. [13 D 1; 18 C 2; 19 A 2].

ANATHOTH (ענתות, ענתת), urbs tribus Beniamin, vicus *ʿAnata* unius fere horae itinere a Ierusalem inter aquilonem et orientem. [13 D 1; 18 CD2; 19 AB 2].

ANEM (עָנֵם), urbs tribus Issachar, fortasse eadem atque Engannim (*Djenīn*) vel probabilius urbs distincta, vicus *ʿAnīn* inter aquilonem et occidentem ab Engannim. [4 B 3; 11 B 4; 12 D 1].

ANER (עָנֵר), urbs tribus Manasse cisiordanicae, cuius loco probabilius legendum est Thanach.

ANGE, montes a sinistro (i. e. ad aquilonem) Ciliciae. Argaeus mons in Cappadocia, hodie *Erdjias*. [8 G 3].

ANIM (עָנִים), urbs tribus Iuda in prima provincia montis, *Khirbet Ghuwein el-foqa* seu superior et *el-tahta* seu inferior. [4 B 5; 13 C 3].

Antilibanus v. Libanus.

ANTIOCHIA (Ἀντιόχεια). 1. Antiochia Syriae, ἡ μεγάλη appellata, ad Orontem fluvium sita in regione amoena et fertili, civitas praecipua regni Seleucidarum, hodie *Antakiye* urbs 6 000 incolarum magnis ruinis circumdata. [8 G 3; 9 A 1].
2. Antiochia Pisidiae, cuius situm hodie occupat vicus *Yalowadj*. [8 F 3].

ANTIPATRIS (Ἀντιπατρίς), urbs Iudaeae, hodie vel *Kefr Saba* (Kaphar Saba) inter aquilonem et orientem a Ioppe vel *Qalʿat Ras el-ʿAin* magis meridiem versus vel *Medjdel Yaba* iterum magis meridiem versus. [12 C 3].

ANTONIA arx v. Ierusalem. [Tab. 22].

APADNO (אַפַּדְנוֹ) non est nomen urbis, sed appellativum (אַפֶּדֶן i. e. palatium).

APAMEA, urbs et regio Syriae, quam Holofernes pertransiit, primitus Pharnace, a Macedonibus etiam Pella appellata, tempore Seleucidarum armorum receptaculum, sedes exercitus primaria, statio equariorum et hippodromorum. Situm indicant ruinae *Qalʿat el-Madiq* (i. e. castellum angustiarum) ad Orontem. [8 H 4; 9 B 2].

APHAIREMA (Ἀφαίρεμα), toparchia aetate Syrorum a Samaria separata et Iudaeae adiuncta, eadem urbs atque Ophera tribus Beniamin, Ephra, Ephraim, Ephron, Ephrem, hodie *el-Taiybe* prope Bethel inter aquilonem et orientem. [4 B 4; 13 D 1].

APHARA (הַפָּרָה), urbs tribus Beniamin, *Khirbet Tell el-Fara* prope *Wadi Fara* inter meridiem et orientem a Machmas. [13 D 1; 18 D 2; 19 B 2].

APHARSAEI (אֲפָרְסָיֵא), gens ab Asarhaddon in Samariam adducta, fortasse (פָּרְסָיֵא i. e. Persae).

APHARSATACHAEI (אֲפַרְסַתְכָיֵא), gens ab Asarhaddon in Samariam adducta, componuntur cum Paraetacenis (Herod. 1, 101) in finibus Persarum et Medorum vel etiam cum urbibus Medorum Partakka et Partukka in inscriptione Asarhaddon memoratis. Probabiliter iidem sunt Arphasachaei seu Apharsachaei, aram. אֲפַרְסְכָיֵא.

APHEC, APHECA (אֲפֵק, אֲפִיק, cum He locali אֲפֵקָה). 1. Aphec, urbs reguli chananaei in Chanaan meridionali vel fortasse media.
2. Aphec, urbs tribus Aser, ex qua Chananaei non eiecti erant; situs ignoratur.
3. Aphec, urbs haud procul a Lapide adiutorii sita, fortasse *Qastal*. [18 B 2; 20 B 1].
4. Aphec, urbs tribus Issachar, vicus *el-ʿAfule* prope *Zerʿin* inter aquilonem et occidentem. [11 B 4].
5. Aphec, urbs prope quam Benadad II. et III. ab Israelitis devicti sunt, probabilius vicus *Fiq* ad orientem lacus Tiberiadis. [4 C 2; 16 B 3; 17 D 2].
6. Apheca, urbs Palaestinae aquilonaris, probabiliter ibi quaerenda, ubi terminus Aser attingit terminum Sidonis, hinc a meridie Sidonis; minus probabiliter vicus *Afka* [9 A 3] a Beryto inter aquilonem et orientem in descensu occidentali *Djebel Moneitira*.
7. Apheca (אֲפֵקָה), urbs in secunda provincia montis Iuda, fortasse *Fuqin* a Bethlehem occidentem versus. [20 B 2].

APHONITES v. Sephamoth.

APHRAH v. Beth le Aphrah.

APHUTHAEI (הַפּוּתִי), nomen familiae in Cariathiarim.

APOLLONIA (Ἀπολλωνία), urbs Macedoniae in Mygdonia provincia inter Amphipolin et Thessalonicam, vicus *Pollina* a meridie lacus Bolbe (*Betshik Gol*). [8 D 2].

APPII FORUM (Ἀππίου φόρον), statio mutatio viae Appiae in mediis paludibus Pontinis 43 mil. pass. a Roma. [8 B 2].

AQUAEDUCTUS hierosolymitani secundum C. Schick. [Tab. 20].

AR, AR MOAB (עָר, עָר מוֹאָב), urbs principalis terrae Moab, probabilissime eadem atque Areopolis seu Rabbath Moab i. e. grandis Moab, ruinae *el-Rabba* [4 C 5; 13 F 3; 14 B 3] mediae fere inter *el Kerak* (Qir Moab) et Arnonem fluvium. E nonnullorum opinione Ar Moab ab Areopoli distinguenda et in ipsa valle Arnonis quaerenda est.

ARA (הָרָא), regio in quam Theglathphalasar transtulit Ruben, Gad et dimidiam tribum Manasse, probabilissime montes (הָרֵי) Mediae.

ARAB (אֲרָב), urbs in secunda provincia montis Iuda, *Khirbet el-Rabiye* prope Hebron inter austrum et occidentem. [13 C 3].

ARABA v. Beth Araba.

ARABA (הָעֲרָבָה), vallis a sinu Aelanitico usque ad mare Mortuum, hodie *Wadi el-ʿAraba*. [3 EF 2. 3]. Ipsum mare Mortuum appellatur mare Arabae. Deinde Araba audit vallis Iordanis (*el-Ghor*) inter mare Mortuum et lacum Genesareth.

ARABIA, ARABS, ARABES (עֲרָב, עַרְבִי, הָעַרְבִים; Ἀραβία, ὁ Ἄραβι vel in textu Luciani ὁ Ἄραψ, οἱ Ἄραβες). His nominibus in S. Scriptura non tota paeninsula arabica designatur, sed eius pars aquilonaris ab austro et oriente Palaestinae usque ad sinum Persicum. Ipsam paeninsulam alluunt ab occidente sinus Arabicus seu mare Rubrum, ab austro oceanus Indicus (Aualites sinus et mare Arabicum), ab oriente sinus Persicus. Terminum aquilonarem fere indicat linea a Damasco orientem versus ad Euphraten ducta. [1 BCD 2. 3. 4].

ARACAEUS (הָעַרְקִי), ramus familiae Chanaan. Apud Flavium Iosephum (Ant. I. 6,2) urbs, quam Arucaeus habitabat, dicitur Arce (Ἄρκη) in Libano sita, apud Ptolemaeum (V. 15,21; ed. Müller-Fischer 14,17) Ἄρκα, assyr. Arqaa, in documentis *Tell el-ʿAmarna* Irqata, aetate Antoninorum Caesarea ad Libanum, hodie *Tell ʿArqa* collis ad aquilonem Tripolis situs et a litore duabus circiter horis distans. [9 A 3].

ARACH (אֶרֶךְ), urbs quae cum Babylone, Achad Chalanne tetrapolim Nemrod constituebat, nunc *Warka* ad ripam sinistram Euphratis inter Babylonem et sinum Persicum. [5 D 3].

ARACHITES v. Archi.

ARAD (עֲרָד), urbs regia Chananaeorum in deserto meridionali tribus Iuda, *Tell ʿArad* austrum versus a Hebron. [4 B 5; 13 D 3].

ARADA (הַחֲרָדָה cum articulo), statio Israelitarum inter montem Sepher et Maceloth; est ignota.

ARADUS, ARADON (אַרְוַד), **ARADIUS, ARADII** (הָאַרְוָדִי). Aradius est ramus familiae Chanaan, Aradus urbs phoenicia in insula cognomine haud procul a litore distans, a Tripoli aquilonem versus sita, hodie *Ruad*; ei opposita in terra continente erat Antaradus, hodie *Tartus*. [9 A 3].

ARAM (אֲרָם), quintus filius Sem, pater populorum regionem Aram [1 B 2] incolentium (v. Syria).

ARAMA (הָרָמָה cum articulo i. e. locus editus), urbs munita Nephthali, vicus *el-Rame* in ascensu montis situs 7 km a *Safed* et medius fere inter Accho et lacum Genesareth superiorem. [4 C 2; 11 C 3].

ARAMA, urbs in Negeb v. Horma 1.

ARAPHA v. Raphaim.

ARARAT v. Armenia.

ARARI, ARARITES (הָרָרִי, cum articulo הַהֲרָרִי), cognomen trium heroum Davidis, quod fortasse significat montanus, probabilius autem indicat locum originis Harar ceteroquin ignotum.

ARBATHITES (הָעַרְבָתִי) i. e. ex Betharaba seu Araba in deserto Iuda; v. Beth Araba.

ARBATIS (ἐν Ἀρβάττοις, Vulgata : in Arbatis), regio quam alii coniiciunt planitiem *el-Battha* [17 C 1], alii toparchiam Acrebitenam seu Acrabatta inter Sichem et Iericho [12 E 3], alii depressionem Iordanis ad meridiem lacus Tiberiadis, alii toparchiam Narbatenen 60 stadiis a Caesarea distantem, hodie *Narbata* 15 km a Caesarea inter aquilonem et orientem.

ARBE (civitas Arbe seu Cariatharbe) v. Hebron.

ARBELA (ἐν Ἀρβήλοις, Vulgata : in Arbellis), urbs Galilaeae non longe a lacu Genesareth, *Khirbet Irbid* seu *Arbed* ad occidentem Magdalae (*el-Medjdel*) iuxta *Wadi el-Hamām*. [11 C 3; 17 B 2].

ARBI (Vulgata : de Arbi i. e. Arabita) v. Arab.

ARCHI (הָאַרְכִּי cum articulo i. e. vir de Arach seu Erech) urbem Arach supponit in confinibus Ephraim et Beniamin sitam, cui vicus *ʿAin ʿArik* inter Bethel et Bethoron correspondet. [4 B 4; 13 D 1; 18 B 1].

AREA ATAD (גֹּרֶן הָאָטָד i. e. area rhamni) seu Abel Mizraim (אָבֵל מִצְרַיִם i. e. pratum Aegyptiorum, Vulgata : Planctus Aegypti) prope Beth Hagla.

AREA CHIDON (גֹּרֶן כִּידֹן) in via inter Cariathiarim et Ierusalem nec procul a domo Obededom.

AREA NACHON (גֹּרֶן נָכוֹן) est eadem cum area Chidon.

AREA ORNAN (גֹּרֶן אָרְנָן, 2 Sam. 24,16 Ketib הָאֲוַרְנָה, Qeri הָאֲרַוְנָה) in monte Moria eo loco, ubi postmodum templum est aedificatum ac tempore quidem Davidis extra urbem. [Cfr Tab. 22].

AREBBA (הָרַבָּה cum articulo i. e. magna), urbs in quinta provincia montis Iuda, fortasse *Khirbet Rabba* prope *Beit Nettif* (Netopha) inter meridiem et occidentem. [13 C 2].

ARECON (הָרַקּוֹן cum articulo), urbs tribus Dan, fortasse *Tell el-Reqqeit* a Ioppe aquilonem versus iuxta mare. [4 A 3; 12 B 3]. Vide etiam Meiarcon.

AREOPAGUS (Ἄρειος πάγος), collis e regione Acropolis atheniensis, ex quo aspectus late patebat in urbem.

ARGOB (אַרְגֹּב, הָאַרְגֹּב), tractus regionis Basan, cui respondet Trachonitis (*Ledja*); sed vix dubium est, quin Argob etiam latius patuerit. [16 DE 2. 3. 4].

ARIMATHAEA (Ἀριμαθαία), urbs Iudaeae, quae generatim agnoscebatur vicus *Ramle* 3 km a Lydda austrum versus [13 C 1]; recentius censetur esse vicus *Rentis* a Lydda inter aquilonem et orientem. [12 C 3].

ARMAGEDON (Ἁρμαγεδών, Ἁρμαγεδδών) i. e. mons Mageddo (הַר מְגִדּוֹן). Nomine res gerenda, non regio designari videtur, ac si diceres: regibus impiis instabit alterum Mageddo. Ceterum conferri potest collis *Tell el-Mutesellim* prope *Ledjdjun* (Legionem, Mageddo). [11 B 4; 12 D 1].

ARMENIA (אֲרָרָט), regio montana, in qua arca post diluvium requievit et regio illa quam Araxes fluvius permeat; terra Armeniorum, terra Ararat, assyr. Urartu. [1 BC 2; 5 CD 1].

ARMON (הַהַרְמוֹנָה); utrum sit nomen proprium an appellativum, plane incertum est.

ARNON (אַרְנוֹן), torrens qui ab oriente in mare Mortuum influit, terminus australis tribus Ruben et terrae israeliticae. Correspondet *Wadi el-Madjib* ex duobus fluviis coalescens; prior est *Seil el-Sa'ide*, qui a meridie originem habet haud procul a *Qatrane* prope Viam peregrinantium (*Derb el-Hadjdj*) et cursum suum prosequitur inter aquilonem et occidentem, ad sinistram respiciens montem *el-Tarfuye*, ad dexteram montem *el-Ghuweite*; alter est *Wadi Enkeile*, qui a deserto orientali occidentem versus profluit et ipse ex duobus torrentibus (*Seil Ledjum* et *Wadi el-Bala'a*) prope Viam peregrinantium scaturientibus coalescit [14 BC 3].

AROER (עֲרוֹעֵר, עֲרֹעֵר). **1.** Urbs ad ripam dexteram Arnonis sita, ruinae *'Ara'ir* unius horae intervallo a *Wadi el-Madjib* (Arnon) aquilonem versus iuxta viam romanam, quae ab Areopoli (Rabbath Moab) Hesebon versus ducit. [4 C 5; 13 F 3; 14 B 3].

2. Urbs tribus Gad prope Rabbath Ammon.

3. Urbs tribus Iuda, *'Ar'ara* iuxta *Wadi 'Ar'ara* tribus horis a Bersabee inter meridiem et orientem. [4 B 5; 13 C 4].

ARPHAD (אַרְפָּד), urbs Syriae, assyr. Arpadda, hodie *Tell Erfād*, collis ruinarum circiter 20 km ab Aleppo aquilonem versus. [5 B 1; 9 B 1].

ARPHASACHAEI v. Apharsachaei.

ARPHAXAD (אַרְפַּכְשַׁד), filius Sem. Conferri potest regio assyriaca Ἀρραπαχῖτις iuxta Armeniam (Ptol. VI. 1,2). Probabilius autem sensu vocis ethnographico indicatur regio Chaldaeorum.

ARTIFICUM VALLIS v. Ono.

ARUBOTH regio v. Epher.

ARUNDINETI VALLIS (נַחַל קָנָה i. e. torrens arundinis vel fortasse torrens Qana ab aliquo loco Qana ita dictus), terminus aquilonaris tribus Ephraim seu australis Manassitarum cisiordanicorum. A nonnullis censetur *Wadi el-Sha'ir*, qui torrens prope *Nābulus* (Sichem) originem ducit [12 D 2. 3], ab aliis eiusdem vallis continuatio *Nahr Abu Zabūra* seu *Nahr Iskanderune* [12 C 2], ab aliis *Nahr el-Falik* [12 BC 2], ab aliis maiore cum probabilitate *Wadi Qana*, qui 10 km infra Sichem originem ducit et per *Wadi Ishkar* cum *Nahr el-'Audja* cohaeret. [4 B 3; 12 CD 3].

ASAN (עָשָׁן), urbs sacerdotalis tribus Simeon in tertia provincia Sephelae, fortasse ruina *Aseile* iuxta *'Anab* (cfr 13 C 3) inter Bersabee et Hebron. Ad eandem urbem refertur 1 Reg. 30,30 lacus (cisterna) Asan.

ASARAMEL (ἐν Σαραμέλ, Vulgata: in Asaramel) probabilius non est nomen loci.

ASARMOTH (חֲצַרְמָוֶת i. e. atrium mortis), filius Iectan, cuius nomen conservat *Hadramaut* regio ad mare arabicum inter terram *el-Yemen* ab occidente et *Mahra* ab oriente conclusa. [1 C 4].

ASASONTHAMAR v. Engaddi.

ASCALON (אַשְׁקְלוֹן), urbs Philisthaeorum inter Gazam et Azotum, a litore paulo remotior, hodie *'Asqalan*. [4 A 4; 5 B 3; 13 A 2].

ASCENEZ (אַשְׁכְּנַז), gens et regio prope Armeniam vel etiam Armenia occidentalis. [1 B 2].

ASCENSUS Acrabim (Scorpionis), Adommim, Bethoron, Gaver, Luith vide s. vv. Acrabim, etc.

ASEDOTH (אַשְׁדּוֹת). **1.** Asedoth Phasga seu radices montis Phasga. [4 C 4; 13 F 1; 14 B 1].

2. Asedoth seu clivi abrupte descendentes a monte Iuda ad mare Mortuum et depressionem Iordanis.

ASEM (עֶצֶם), urbs tribus Iuda (Simeon) in Negeb.

ASEMONA (עַצְמוֹן), urbs tribus Iuda in termino meridionali terrae promissae, fortasse *'Ain Qaseime* (*Wadi Qaseime*) occidentem versus ab *'Ain Qadis* (Cadesbarne). [Cfr 3 E 2].

ASENA (אַשְׁנָה), urbs tribus Iuda in prima provincia Sephelae nec procul ab Estaol et Sarea, fortasse *'Aslin*. [13 C 1].

ASER (אָשֵׁר). **1.** Tribus Israel, cuius occidentem terminat mare Mediterraneum, meridiem territorium Manasse (et Issachar?), orientem Zabulon et Nephthali, aquilonem Phoenicia. [4 BC 1. 2].

2. Urbs tribus Manasse cisiordanicae, fortasse *Tayasir* [12 E 2] circiter 22 km a Sichem Bethsan versus, nisi forte nomen urbis corruptioni textus debetur.

3. Aser (Ἀσήρ), urbs Nephthali eadem quae Asor 1.

ASERGADDA (חֲצַר גַּדָּה i. e. pagus Gadda), urbs tribus Iuda in Negeb, quaerenda inter Molada et mare Mortuum.

ASIA (ἡ Ἀσία). **1.** Regnum Seleucidarum.

2. Provincia romana Asiae anno 133 a. Chr. ex regno pergameno Attalorum formata, Mysiam, Lydiam, Cariam et ad tempus etiam Phrygiam complectens, inde ab aetate imperatorum a proconsule administrata.

ASIONGABER (עֶצְיוֹן־גֶּבֶר), urbs Idumaeae in termino aquilonari sinus Aelanitici, quaerenda prope *'Aqaba* (Aelath, Aila) et probabilius quidem iuxta litus occidentale ut urbs ab Aelath distincta cum portu distincto. A nonnullis componitur cum *'Ain Ghadiyan* aquilonem versus ab *'Aqaba*. [3 E 3].

ASNAA v. Senaa.

ASOR (חָצוֹר). **1.** Asor, Hasor, Heser urbs principalis Chananaeorum inter lacum Genesareth et Cedes Nephthali nec procul a lacu *Hule*. Censetur *Tell el-Khureibe* ad occidentem lacus *Hule* vel probabilius *Tell el-Harrawe* seu *Harra* collis lacui propinquior. [11 C 2; 16 A 2].

2. Urbs tribus Iuda in Negeb, fortasse *Hudeire* inter *Khirbet Ma'in* (Maon) et *Tell 'Arad* (Arad). [Cfr 13 D 3].

3. Asor nova, urbs tribus Iuda in Negeb.

4. Asor (Vulgata : Hesron, haec est Asor) v. Carioth 1.

5. Urbs beniaminitica, *Khirbet Hazzur* inter *Beit Hanina* (Anania) et *Nebi Samwil*. Cfr 18 C 2].

6. Habitatores Asor Ier. 49,28. 30. 33 sunt incolae pagorum (חָצֵר, חֲצֵרִים).

ASPHAR (λάκκος Ἀσφάρ, Vulgata : lacus Asphar), cisterna in deserto Thecuae, fortasse *Bir ez-Za'farān* 5 km a *Teqū'a* meridiem versus in montanis *Qanan ez-Za'farān*. [20 C 3].

ASSEDIM (הַצִּדִּים cum articulo) probabilius non est urbs tribus Nephthali, sed pertinet ad inscriptionem elenchi urbium : civitates munitissimae Tyriorum (הַצֹּרִים).

ASSON. 1. Urbs (ἡ Ἄσσος) et portus Mysiae exadversus Lesbum insulam ad sinum Adramyttenum, ubi hodie *Behram Kalessi*. [8 E 3].

2. Asson Act. 27,13 non est nomen urbis, sed vertendum propius (ἆσσον).

ASSUR (אַשּׁוּר), caput regni Assur (antequam Ninive floreret), *Qal'at Sherkat* ad ripam occidentalem Tigridis meridiem versus a Ninive. [1 C 2; 5 D 2].

ASSUR, ASSYRIA (אַשּׁוּר, אַשֻּׁר). Assyriam proprie dictam (hodie *Kurdistan*) terminabant ab aquilone montes Armeniae (mons Masius), ab oriente montes Mediae, potissimum Zagrus, ab austro (secundum plures auctores) fluvius Zabas minor; occidentem versus antiqua Assyria fluvium Tigrim non ita multum excedebat. [1 C 2; 5 CD 1. 2].

ASSURIM (אַשּׁוּרִם), tribus Arabum ceturaeorum descendens a Iecsan eiusque filio Dadan (v. Dadan 2).

ASTAROTH (עַשְׁתָּרוֹת), urbs et sedes Og regis Basan in territorio Manasse, probabiliter *Tell el-Ash'ari* 10 km a *Der'at* (Edrai) inter aquilonem et occidentem. [16 C 3].

ASTAROTHCARNAIM עַשְׁתְּרֹת קַרְנַיִם i. e. Astaroth amborum cornuum seu Astaroth prope Carnaim), urbs ad quam Raphaim a Chodorlahomor devicti sunt, probabiliter *Tell 'Ashtara* 18 km a *Der'at* (Edrai) inter aquilonem et occidentem. [4 D 2; 16 C 3].

ATAD v. Area Atad.

ATAROTH (עֲטָרוֹת). **1.** Urbs tribus Ruben in terra Iazer, *Khirbet 'Attārus* prope *Djebel 'Attārus* ad meridiem *Wadi Zerqa Ma'in*. [4 C 4; 13 F 2; 14 B 2].

2. Atroth Shophan (Vulgata : Etroth et Sophan v. Etroth.

3. Ataroth, urbs in confinibus Ephraim et Beniamin, fortasse vicus *'Atara* inter *el-Bire* et *el-Ram*. [13 D 1; 18 C 1].

4. Ataroth Addar (עַטְרוֹת־אַדָּר), urbs in confinibus Ephraim et Beniamin, fortasse eadem ac praecedens.

5. Urbs in termino orientali tribus Ephraim; ignota.

6. Corona domus Ioab (עטרות בית יואב) in genealogia domus Iuda videtur esse regio quaedam.

ATHACH (עתך), urbs tribus Iuda (Simeon), fortasse eadem quae Ether.

ATHAR, eadem urbs quae Ether.

ATHENAE (Ἀθῆναι), urbs Atticae. [8 D 3].

ATHMATHA (חמטה), urbs tribus Iuda in secunda provincia montis: ignota.

ATTALIA (Ἀττάλεια), urbs maritima Pamphyliae, hodie *Adalia*. [8 F 3].

AURAN (חורן), regio a lacu Tiberiadis orientem versus usque ad *Djebel Hauran* et a Damasci finibus meridiem versus usque ad Galaad. Angustiores autem erant fines provinciae graeco-romanae Auranitidis. Hodie Hauran sensu strictiore est regio montana *Djebel Hauran* (Alsadamus seu Asalmanus mons) et magna planities *el-Nuqra* inter *Djebel Hauran* et *Djolān*. Tab. 16].

AUSITIS (Αὐσῖτις) seu terra Hus (v. Hus).

AVA (עוה) seu **AVAH** (עוא), urbs probabilius in Babylonia quam in Syria quaerenda, fortasse *Hit* (Is; Herod. 1,179) iuxta Euphraten. [5 D 2].

AVEN (און). **1.** Vallis Aven (Vulgata: campus idoli), probabilius vallis Coeles Syriae, hodie *Beqa'a*, inter utrumque Libanum. [9 A 3. 4; 10 CD 1. 2].

2. Urbs On in Aegypto, hebr. און, Vulgata: Heliopolis (v. Heliopolis).

AVIM (העוים cum articulo), urbs tribus Beniamin.

AVITH (עוית), urbs regis idumaei Adad. Aliquam similitudinem nominis prae se fert *Djebel el-Ghureite* inter *Seil el-Sa'ide* et *Wadi Enkeile*, ex quibus Arnon coalescit. [14 BC 3].

AVOTHIAIR v. Havoth Iair.

AXAPH urbs v. Achsaph.

AZA (עזה), urbs in termino aquilonari tribus Ephraim occidentem versus.

AZAL v. Beth Ezel.

AZANOTTHABOR (אזנות תבור i. e. aures seu extrema Thaboris) in termino tribus Nephthali; quaeritur in vicinia Diocaesareae (Sepphoris) vel melius, ut videtur, in Galilaea superiore ab Hucuca Iordanem versus.

AZECA (עזקה), urbs tribus Iuda in prima provincia Sephelae non procul a Socho sita, probabilissime *Tell Zakariye* inter aquilonem et occidentem a *Shuweike* (Socho). [4 B 4; 13 C 2].

AZMAVETH (עזמות) seu Bethazmoth (בית־ע׳), urbs in tribu Beniamin, vicus *Hizmā* inter *Djebā'* (Geba) et *'Anata* (Anathoth). [13 D 1; 18 D 1; 19 B 1].

AZOTI MONS (ἕως Ἀζώτου ὄρους) est vel collis *el-Ras* inter Azotum (*Esdud*) et oram maritimam (cfr 13 B 1) vel secundum alios, qui lectionem hebraicam 1 Mach. 9,15 suspicantur fuisse אשדות ההר i. e. usque ad radices montis, *Bir el-Zeit* 2 km a *Djifna* (Gophna) inter aquilonem et occidentem. [13 D 1].

AZOTUS (אשדוד), urbs Pentapoleos philisthaicae maritima et mediterranea, hodie *Esdud* vicus ignobilis a litore maris Mediterranei 5 km distans et *Minet Esdud* ruinae urbis maritimae. [4 A 4; 13 B 1].

B

BAAL urbs v. Baalath Beer Ramath.

BAALA (בעלה). **1.** Urbs tribus Iuda, etiam appellata Baala Iuda (Cariathbaal, Cariathiarim; v. Cariathiarim).

2. Mons Baala, qui ab Accaron (*Aqir*, *Iebneel*, *Iebna*) versus se extendit et tribum Iuda inter aquilonem et occidentem terminat. (Cfr 13 B 1).

3. Urbs tribus Iuda (Simeon) in Negeb, eadem ac Bala (בלה et בלהה), fortasse *Khirbet Umm Baghle* prope *Khirbet Sumaea* (Saim) inter aquilonem et occidentem. [13 C 3].

BAALAM seu **BALAAM** (בלעם), urbs tribus Manasse cisiordanicae, eadem ac Ieblaam (v. s. v.).

BAALATH seu **BALAATH** (בעלת), urbs tribus Dan, fortasse *Deir Ballut* in confinibus Dan et Ephraim [12 C 3], probabilius *Belain* prope Bethoron inter aquilonem et occidentem. [13 C 1].

BAALATH BEER RAMATH contra australem plagam (בַּעֲלַת בְּאֵר רָמַת נֶגֶב), urbs tribus Simeon austrum versus sita, cuius fortasse duo erant nomina : Baalath Beer (Domina putei) et Ramath Negeb (Rama austri), alias (1 Reg. 30,27) Ramoth ad meridiem.

BAALGAD (בַּעַל גָּד), urbs chananaea in campo Libani sub monte Hermon, probabiliter *Baniyas* (Caesarea Philippi). [9 A 4; 16 B 2].

BAAL HAMON (בַּעַל הָמוֹן, Vulgata : ea quae habet populos), locus ubi Salomon vineam habuit, probabilissime eadem urbs ac Ieblaam, Belma, Belamon (*Bir Bel'ame*) prope Dothain (*Tell Dothan*) inter aquilonem et orientem. [4 B 3; 11 B 5; 12 D 2].

BAALHASOR (בַּעַל חָצוֹר), locus ubi Absalom agros et greges possidebat, iuxta Ephraim (i. e. Ophera, Ephra, Ephron, Aphairema, Ephrem, nunc *el-Taiyibe* prope Bethel); Baalhasor censetur *Tell 'Asur* inter aquilonem et occidentem ab *el-Taiyibe*. [13 D 4].

BAAL HERMON (בַּעַל חֶרְמוֹן), mons (pars australis montis Hermon) et urbs eadem ac Baalgad (*Baniyas*, Paneas).

BAALMEON seu Baalmaon, Beelmeon, Bethmaon (בֵּית בַּעַל מְעוֹן, בֵּית מְעוֹן, בַּעַל מְעוֹן), urbs tribus Ruben in planitie Medaba, vicus *Tell Ma'in* ad orientem maris Mortui superioris. Quattuor horis a *Tell Ma'in* iuxta ripam dexteram *Wadi Zerqa Ma'in* scaturiunt aquae calidae hodie *Hammam el-Zerqa* i. e. balnea *Zerqa* dictae, apud Graecos Callirrhoe. [4 C 4; 13 F 2; 14 B 2].

BAAL PHARASIM, BAALPHARASIM (בַּעַל־פְּרָצִים i. e. locus rupturarum seu stragium), locus editus, ubi David Philisthaeos devicit, quaerendus prope vallem Raphaim seu planitiem *el-Buqei'a* inter Ierusalem et Bethlehem. Cfr 19 A 2. 3; 20 C 1. 2].

BAAL SALISA (בַּעַל שָׁלִשָׁה), urbs vel vicus, probabilissime *Khirbet Sirisia* inter aquilonem et orientem a Lydda (Diospoli). [12 C 3].

BAALTHAMAR (בַּעַל תָּמָר), locus prope Gabaa Beniamin (*Tell el-Ful*); est hodie ruina quaedam a *Tell el-Ful* inter aquilonem et orientem iuxta *Wadi Zamri*, quo nomine antiqua vox Thamar conservari videtur. [Cfr 18 C 2].

BABEL, BABYLON, BABYLONIA (בָּבֶל, Βαβυλών, Βαβυλωνία), assyr. B a b - i l u. **1.** Regio et regnum. Babylonia sensu stricto (ea fere regio quae hodie *Irak-Arabi*) terminum australem habebat sinum Persicum, occidentalem desertum arabicum et syriacum; aquilonem versus confinis erat Mesopotamiae et Assyriae. orientem versus terminabatur Tigride, sed in parte superiore etiam paulo ultra Tigridem usque ad radices montis Zagri excedebat. [1 C 2; 5 DE 2. 3].

2. Babel, Babylon, urbs ex utraque parte Euphratis sita, ubi hodie pagus *Hille*. [1 C 2; 5 D 2; Tab. 6].

BACA (עֵמֶק הַבָּכָא, Vulgata : Vallis lacrymarum), vallis per quam Israelitas ad montem Sion ascendentes Psalmista in spiritu contemplatur. Dubium est utrum Baca sit nomen proprium an commune.

BAHURIM (בַּחֻרִים, בַּחוּרִים), vicus ad orientem Ierusalem in tribu Beniamin, tribui Iuda conterminus, nunc vel *Khirbet Buqei'a Dhân* vel probabilius *Khirbet el-Zambi*, quae sunt duae ruinae in *Wâdi el-Rawâbi* secus viam romanam Ierusalem inter et Iericho. Cfr 18 D 2; 19 B 2].

BAICTILAITH (Βαικτιλαίθ), planities, probabiliter Bagadania (Βαγαδανία) Strabonis inter montes Argaeum et Taurum in Cappadocia.

BALA. **1.** Bala (בֶּלַע), urbs in litore maris Mortui, postea Segor (v. s. v.) appellata.

2. Bala (בָּלָה), urbs tribus Iuda (Simeon), eadem ac Baala 3.

BALAAM (בִּלְעָם), urbs tribus Manasse cisiordanicae, eadem ac Ieblaam (v. s. v.).

BALAATH urbs v. Baalath.

BALOTH (בְּעָלוֹת). **1.** Urbs tribus Iuda in Negeb; ignota.

2. Urbs vel regio una cum Aser enumerata ut pars praefecturae salomonicae (בְּעָלוֹת etiam verti potest : in Aloth).

BAMOTH (בָּמוֹת), statio Israelitarum in itinere anni quadragesimi; videtur nomen abbreviatum esse ex Bamothbaal.

BAMOTHBAAL (בָּמוֹת בַּעַל), urbs Moab, tribui Ruben assignata, fortasse *el-Maslubiye* vicus non procul a monte Nebo ad meridiem *Wadi Djideid*, cuius inferior cursus *Wadi Ghuweir* audit. [13 F 2; 14 B 2].

BANE (et) BARACH (בְּנֵי־בְרַק) i. e. filii Barach), urbs tribus Dan, assyr. B a n a a i b a r q a, hodie *Ibn Ibraq* 7 km ad orientem urbis Ioppe. [4 A 3; 12 B 3].

BARACH v. Bane (et) Barach.

BARAD (בֶּרֶד), locus haud procul a Cadesbarne inter aquilonem et occidentem.

BARASA (Βόσσορα), urbs munita Galaad (a qua non videtur differre Bosor 3), Bostra Graecorum et Romanorum, *Bosrâ* in *Haurân*. (16 E 4).

BARSAITH ברזות Kethib, ברזית Qeri, nomen vel mulieris vel urbis in tribu Aser.

BASAN הַבָּשָׁן plerumque cum articulo, pars septemtrionalis terrae transiordanicae, regnum Og Amorrhaei. Eius terminus aquilonaris erat planities Damasci et mons Hermon, occidentalis Iordanis, australis fluvius *Yarmuk* Hieromax, *Sheri'at el-Menâdire*, *Djebel el-Zumle*, desertum *Hamâd*. Ad orientem terra Basan complectebatur montana Auran (montem Alsadamum seu *Djebel Hauran*). Urbes Basan principales in S. Scriptura nominantur Astaroth, Astarothcarnaim, Carnaim seu Carnion, Edrai, Salecha, Golan seu Gaulon. (Tab. 16).

BASCAMA (ἡ Βασκαμά), urbs in Galaad, probabiliter *Tell Bazuk* in *Djôlan* collis inter *Wadi Djoramaya* et *Wadi Bazuk* paulo supra locum, ubi in unum coniunguntur. (16 B 3; 17 D 1).

BASCATH (בָּצְקַת), urbs tribus Iuda in secunda provincia Sephelae, in vicinitate Lachis et Eglon.

BAURAMITES, incola urbis Bahurim (v. s. v.).

BAZIOTHIA (בזיותיה) inter urbes meridionales tribus Iuda videtur mendum pro בנותיה = filiae eius.

BEAN (Βαιάν). Filii Bean a Iuda Mach. debellati habitabant inter Idumaeos et Ammonitas ad orientem maris Mortui; forte sunt incolae Beon = Baalmeon.

BEATITUDINUM MONS, in quo octo beatitudines a Iesu pronunciatae sunt, ex traditione antiqua designatur *Qarn Hattîn* ad occidentem lacus Genesareth. Inter duas montis summitates seu duo cornua, quae 400 passibus inter se distant, extenditur campus, fortasse locus ille campestris Luc. 6,17. (11 C 3; 17 B 2).

BEBAI (Βεβαί), regio ignota, quae cum Betomesthaim nominatur in codice Alexandrino Iudith 15,4.

BEELMEON v. Baalmeon.

BEELPHEGOR v. Phogor 1.

BEELSEPHON (בַּעַל צְפֹן), urbs aegyptiaca in regione Phihahiroth (? *Pikeheret*) non procul ab eo loco, ubi Israelitae mare transierunt, quaerenda in pago Socoth (Thuku) prope lacum *Timsah* (3 C 2).

BEER (בְּאֵר), statio Israelitarum aquilonem versus ab Arnone superiore (*Wadi* [illegible]) in deserto vel saltem ad marginem deserti. Nomen accepit a puteo, quem Israelitae ibi foderunt, qui communiter idem esse censetur ac Beer Elim.

BEER ELIM (בְּאֵר אֵלִים) i. e. puteus fortium vel terebinthorum, Vulgata: puteus Elim, in regione aquilonari regionis Moab; v. Beer.

BELAMON v. Belma, Baal Hamon, Ieblaam.

BELMA (Βελθέμ), urbs prope Bethuliam, alio nomine Βελαμών, eadem ac Ieblaam scilicet *Bir Bel'ame* 2 km a *Djenîn* Engannim austrum versus. (4 B 3; 11 B 5; 12 D 2).

BENEDICTIONIS VALLIS (עֵמֶק בְּרָכָה) prope desertum Ieruel, quod est pars quaedam deserti Iuda inter Engaddi et Thecue; magna cum probabilitate agnoscitur regio circa vicum *Bereikut* (13 D 2; 20 B 3), qui 5 km ad occidentem Thecuae situs est prope viam, quae Hebrone Ierosolyma ducit. Alii praeferunt vicum *Beni Na'îm* ad orientem Hebron situm, ab indigenis hodie quoque *Kefr Bereik* appellatum. (13 D 2).

BENEIAACAN (בְּנֵי יַעֲקָן) i. e. filii Iacan, statio Israelitarum, alio nomine Beroth (בְּאֵרֹת i. e. putei filiorum Iacan. Tribus Iacan fortasse nomen traxit a Iacan (Acan) Horraeo. Beneiaacan erat haud procul a monte Hor et statione Mosera.

BENENNOM vallis v. Ennom.

BENIAMIN (בִּנְיָמִין). **1.** Tribus Israel, cuius aquilonem terminat tribus Ephraim, occidentem tribus Dan, austrum tribus Iuda, orientem Iordanis inferior. (4 BC 4).

2. Beniamin nominantur tres portae: porta urbis Ierusalem aquilonem respiciens, porta templi seu custodiae, porta urbis sanctae ab Ezechiele (48,32) idealiter descriptae orientem respiciens.

BEON (בְּעֹן), eadem urbs ac Baalmeon.

BERA (בְּאֵרָה i. e. בְּאֵר cum He locali), urbs, secundum Onomasticon 8 mil. pass. ab Eleutheropoli aquilonem versus; ibi hodie est vicus *el Bire* prope *'Ain Shems* (Bethsames) nec procul a *Wadi el Sarar*. (13 C 1).

BEREA (Βερέα), urbs haud procul a Laisa (*Khirbet Il'asa*), fortasse *Bir ez-Zeit* prope Gophna inter aquilonem et occidentem (13 D 1), ex aliorum opinione Berea eadem est ac Beroth tribus Beniamin (v. Beroth 1).

BEROEA (Βέροια). **1.** Urbs Syriae inter Antiochiam et Hierapolim, eadem atque Aleppo (Chalybon) (9 B 1).

2. Urbs in Emathia regione Macedoniae, hodie Verria, turcice *Karaferia* (8 D 2).

BEROTH. 1. Beroth (בארות i. e. putei, cisternae) in tribu Beniamin, vicus *el-Bire* 15 km a Ierusalem aquilonem versus in via, quae Neapolim (Sichem) ducit, secundum alios *Kirbet el-Biar* 8 km a Ierusalem ad radices collis *el-Djib* (Gabaon). [13 D 1; 18 C 1].
2. Beroth (ברתי), urbs Adarezer regis Soba, probabiliter *Breitan* a meridie Heliopoleos (*Ba'albek*). [10 E 1].
3. Beroth filiorum Iacan v. Beneiaacan.

BEROTHA (ברותה), urbs in termino aquilonari terrae sanctae, fortasse vicus *Baresh* ad orientem Tyri.

BERSABEE (באר שבע i. e. puteus iuramenti), locus Palaestinae maxime meridianus, hodie *Bîr el-Seba'a* ad septemtrionem *Wadi el-Seba'a*. [3 E 1; 4 A 5; 13 B 4].

BESECATH, urbs v. Bascath.

BESOR torrens (נחל הבשור) austrum versus a Siceleg. Quodsi Siceleg agnoscitur *Zuheilqa*, Besor merito agnoscitur *Wadi el-Sheri'a* 6 km austrum versus, quae vallis in *Wadi Ghazze* desinit. [13 AB 3].

BESSUR v. Bethsur.

BETANE (Βετάνη), urbs austrum versus a Ierusalem, fortasse eadem ac Bethanoth, *Khirbet Beit 'Ainun* prope Hebron aquilonem versus. [13 D 2].

BETE (בטח), urbs Adarezer regis Soba, ex nonnullorum opinione vicus *el-Taiyibe* ad meridiem Heliopoleos (*Ba'albek*). [10 E 1].

BETEN (בטן), urbs tribus Aser, vicus *el-Bane* circa 13 mil. pass. a Ptolemaide (*'Akka*) orientem versus. [11 B 3].

BETHABARA v. Bethania trans Iordanem.

BETHACAD (בית עקד), in Vulgata : camera pastorum, vicus *Beit Qad* inter *Djenîn* (Engannim) et montem Gelboe. [11 C 5; 12 E 2].

BETHACHARAM, BETHACAREM (בית־הכרם i. e. domus vineae), urbs in tribu Iuda; quaeritur in monte Francorum (*Djebel el-Fureidis* = mons hortuli paradisiaci), qui in fastigio suo conservat ruinas Herodion castelli magnificentissimi ab Herode Magno exstructi et in descensu occidentali ruinas urbis Herodiae. [13 D 2; 20 C 3].

BETHANAN (בית־חנן), urbs in tribu Dan vel eius confinibus, fortasse *Beit 'Anan* ad occidentem *Nebi Samwil*. [13 D 1; 18 B 1].

BETHANATH (בית ענת), urbs in tribu Nephthali (arx Tyriorum), vicus *'Ainâta* seu *'Ainita*, 9 km a Cedes Nephthali occidentem versus. [4 C 1; 11 C 2].

BETHANIA (Βηθανία), vicus ab Ierosolymis quasi stadiis quindecim distans, viculus *el-'Azarîye*, quod nomen a Lazaro depromptum (quasi Lazarium) inde a saeculo quarto usurpatur. [13 D 1; 18 C 2; 19 A 2; 21 C 3].

BETHANIA TRANS IORDANEM (Βηθανία πέραν τοῦ Ἰορδάνου) seu Bethabara (Βηθαβαρά), ubi erat Ioannes baptizans, vadum vel vicus (?) prope monasterium S. Ioannis (*Deir Mâr Yuhanna*), quod a Graecis appellatur ὁ Πρόδρομος seu Praecursor, a Muhamedanis *Qasr el-Yehûd* seu castellum Iudaeorum, 7 km ab ostio Iordanis iuxta ripam occidentalem. [13 E 1; 14 A 1; 15 A 4].

BETHANOTH (בית ענות), urbs tribus Iuda in quarta provincia montis. *Khirbet Beit 'Ainun* hora et dimidia a Hebron aquilonem versus. [13 D 2].

BETHARABA, BETH ARABA (בית הערבה), urbs in confinibus Iuda et Beniamin non procul a Beth Hagla versus montana, quae ex planitie ierichuntina ascendunt. Est ignota.

BETHARAN (בית הרן, בית הרם), urbs Amorrhaeorum in tribu Gad, ab Herode Magno Livias appellata in honorem Liviae uxoris Augusti, post mortem Augusti Iulias dicta, nunc *Tell el-Rame* [14 B 1; 15 B 4] vel secundum aliquos *Beit Harun* prope *Tell el-Râme*.

BETH ARBEL (בית ארבאל), urbs a Salmana (Salamanu) rege Moab vastata, Arbela trans Iordanem in finibus Pellae, fortasse hodiernum *Irbid* inter *Der'at* (Edrai) et ruinas *Fâḥil* (Pellam). [15 C 4; 16 C 4].

BETHAVEN (בית און i. e. domus vanitatis, domus idolorum), urbs tribus Beniamin ad orientem urbis Bethel prope Hai et Machmas. Desertum Bethaven agnoscitur in montanis, quae a *Djebel Qarantal* (Quarantania) occidentem versus se extendunt. Urbis Bethaven nullum vestigium repertum est. [13 E 1].

BETHAZMOTH, urbs tribus Beniamin v. Azmaveth.

BETH BAALMEON v. Baalmeon.

BETHBERA (בית ברה), vadum Iordanis a Bethsan meridiem versus.

BETHBERAI (בית בראי), urbs tribus Simeon, probabiliter eadem ac Lebaoth seu Bethlebaoth, vicus *el-Birein* inter *'Ain Qadis* (Cadesbarne) et *Khalasa* (Elusa) 33 km ab Elusa. [3 E 2].

BETHBESSEN (Βαιθβασί), vicus in deserto a Machabaeis munitus ac defensus, apud Flavium Iosephum Bethalaga, quo nomine Beth Hagla innui videtur.

BETHCHAR (בֵּית כַּר), locus non procul a Maspha Beniamin versus Philisthaeam septemtrionalem situs, quem alii componunt cum Iesana, alii cum Sen, alii cum Bethoron.

BETHDAGON (בֵּית דָּגוֹן, בֵּית־דָּגֹן i. e. domus Dagon). **1**. Urbs tribus Iuda in secunda provincia Sephelae, assyr. Bit Daganna, secundum Onomasticon vicus grandis Capherdago inter Diospolim (Lyddam) et Iamniam, fortasse *Beit Dedjan* inter Lyddam et Ioppen (12 B 3) vel *Tell Dadjun* 3 km a *Beit Dedjan* inter meridiem et occidentem (13 B 1); sed obstat primo, quod Onomasticon vicum ponit inter Lyddam et Iamniam et secundo, quod secunda provincia Sephelae magis meridiem versus abest.

2. Urbs tribus Aser prope fines Zabulon, probabiliter *Tell Dauk* in directione austro-orientali ab Accho inter *el-Damûn* et Belum fluvium. (11 B 3).

3. Bethdagon (Βηθδαγών) idolum est templum Dagon Azoti a Ionatha Machabaeo igni succensum.

BETH EDEN v. Eden 3.

BETHEL (בֵּית־אֵל i. e. domus Dei; Vulgata interdum : domus Dei), urbs antiqua chananaea, cuius nomen primitivum Luza (לוּז), in monte Ephraim aquilonem versus a Rama, austrum versus a Silo, iuxta viam quae Sichimam tendit, occasum versus ab urbe Hai, haud procul a Gabaa Beniamin, in vicinia Machmas, 12 mil. pass. a Ierusalem (Onomasticon), hodie vicus *Beitin*. (4 B 4; 13 D 1).

BETHEL v. Bethul.

BETHEMEC (בֵּית הָעֵמֶק i. e. domus vallis), urbs tribus Aser, probabilissime *'Amqa* non procul ab Accho inter aquilonem et orientem (11 B 3).

BETHER montes (הָרֵי בָתֶר i. e. montes scissionis), in Cantico Canticorum (2,17) significant regionem montibus et vallibus dissectam, referuntur tamen ab aliquibus ad urbem Bether (Θεθήρ vel Βαιθήρ) in quinta provincia montis Iuda, hodie *Khirbet Bittir* iuxta montem *Bittir* prope Ierusalem inter meridiem et occidentem (4 B 4; 13 D 2; 20 B 2), quae eadem esse censetur ac celeberrima Bether rabbinorum, arx ducis Bar Kocheba.

BETHESDA v. Bethsaida 2.

BETH EZEL (בֵּית הָאֵצֶל, Vulgata : domus vicina), locus quidam in planitie Philisthaeae (Mich 1,11) vel fortasse Azal (אָצַל, Vulgata : proximum), terminus ab oriente montis olivarum quaerendus, ad quem vallis scissione montis olivarum exorta orientem versus pertinget (Zach 14,5).

BETHGADER (בֵּית גָּדֵר), urbs tribus Iuda, probabiliter eadem ac Gader urbs regia Chananaeorum.

BETHGAMUL (בֵּית גָּמוּל), urbs in planitie montana Moab ad orientem maris Mortui superioris, *Khirbet Djemâil* prope Dibon inter aquilonem et orientem. (14 C 2).

BETH HA-GAN (בֵּית הַגָּן, Vulgata : domus horti) v. Gaver et Engannim 2.

BETHHAGLA, BETH HAGLA (בֵּית חָגְלָה i. e. domus perdicis), urbs tribus Beniamin in confinibus Iuda; situm urbis antiquae indicant fons *'Ain Hadjle* et ruinae castelli *Qasr Hadjle* dimidiae horae spatio ab invicem distantes inter Iericho et mare Mortuum. (13 E 1; 14 A 1; 19 D 1. 2).

BETHIESIMOTH, BETHSIMOTH (בֵּית הַיְשִׁימוֹת), urbs in campestribus Moab, *Khirbet Sueime* et *'Ain Sueime* prope mare Mortuum ab oriente Iordanis seu 15 km a monte Nebo occidentem versus. (13 F 1; 14 B 1).

BETH LE APHRAH (בְּבֵית לְעַפְרָה, Vulgata : in domo pulveris), eadem atque Ophera, urbs tribus Beniamin, vicus *el-Taiyibe* prope *Beitin* Bethel inter aquilonem et orientem. (4 B 4; 13 D 1). Praeterea v. Aphairema et Baalhasor.

BETHLEBAOTH (בֵּית לְבָאוֹת) seu Lebaoth (לְבָאוֹת), urbs in extrema parte meridionali tribus Iuda, tribui Simeon assignata, probabiliter eadem ac Bethberai.

BETHLEHEM (בֵּית לֶחֶם i. e. domus panis).

1. Civitas David in quinta provincia montis Iuda, hodie *Beit Lahm* i. e. domus carnis. (13 D 2; 19 A 3; 20 C 2).

2. Urbs tribus Zabulon *Beit Lahm* inter Nazareth et montem Carmel. (11 B 4).

BETHMAACHA v. Abel Beth Maacha.

BETHMAON v. Baalmeon.

BETHMARCHABOTH (בֵּית הַמַּרְכָּבוֹת i. e. domus curruum, etiam בֵּית מַרְכָּבוֹת), urbs tribus Simeon in extrema parte meridionali Palaestinae, vel eadem cum Medemena (v. Medemena 1) vel, si est urbs distincta, *el Merqeb* 21 km ab Arad austrum versus. (13 D 4).

BETH HA-MERKHAQ (בֵּית הַמֶּרְחָק, Vulgata : procul a domo) videtur esse nomen loci inter muros Ierusalem et montem olivarum.

BETH MILLO v. Mello.

BETHNEMRA (בית נמרה i. e. domus aquae limpidae et salubris) vel brevius Nemra, urbs antiqua regni Sehon Amorrhaei, tribui Gad tradita, hodie *Tell Nimrîn* iuxta *Wâdi Nimrîn* in depressione Iordanis orientali et e regione montis Quarantania (*Djebel Qarantal*). [13 F 1; 15 B 4]. — De aquis Nemrim v. Nemrim.

BETHORON, interdum Beth-horon. **1.** Bethhoron (כל־הבתרון, Vulgata: omni Beth-horon), vallis quaedam transiordanica, quae ex depressione Iordanis per montana Mahanaim versus ducebat.

2. Bethoron, Beth-horon (בית חרון i. e. domus cavitatis), urbs seu potius duae urbes tribus Ephraim, altera superior, altera inferior. Hodie circiter 20 km ab Ierosolymis inter aquilonem et occidentem sunt duo vici: *Beit 'Ur el-foqa* seu superior et 2 km occidentem versus *Beit 'Ur el-tahta* seu inferior. [13 CD 1; 18 AB 1].

3. Bethoron 1 Mach. 4,29 est mendum textus pro Bethsur.

BETHPHAGE (Βηθφαγή), vicus prope Ierusalem in monte olivarum iuxta viam, quae a Iericho Ierusalem versus ducit; situs erat vel medius inter Bethaniam et verticem montis olivarum vel eo loco, quo euntibus in urbem a Bethania per iugum inter montem olivarum et montem scandali primus urbis aspectus offertur. [18 C 2; 19 A 2; 21 C 2].

BETHPHALET, BETHPHELET (בית פלט i. e. domus evasionis), urbs in Negeb Iuda, ignota.

BETHPHESES (בית פצץ i. e. domus dispersionis), urbs tribus Issachar, ignota.

BETHPHOGOR (בית פעור), ultima castrametatio Israelitarum in Moab, urbs tribus Ruben, sex mil. pass. a Liviade (seu Iuliade, Betharan) orientem versus.

BETHRAPHA (בית רפא), nomen familiae Rapha in tribu Iuda, secundum aliquos nomen urbis, hodie *Râfât* 20 minutis austrum versus a *Semu'a* (Esthemo). [Cfr 13 C 3].

BETHSAIDA. 1. Bethsaida (Βηθσαϊδά), urbs prope lacum Genesareth vel probabilius duae urbes: orientalis in planitie *el-Batîha* et ibi quidem vel *el-Tell* vel *el-'Aradj* vel *el-Mes'adîye*, occidentalis autem vel *Abu Zeine* vel *Tell Hum* vel *'Ain el-Tabigha* vel *Khirbet Minye*. [17 C 1].

2. Bethsaida (Βηθζαθά) piscina (Vulgata: probatica piscina, sed in textu graeco ἐπὶ τῇ προβατικῇ scil. πύλῃ) prope portam gregis, quam plerique in parte aquilonari templi fuisse censent. [Tab. 22].

BETHSAMES (בית שמש i. e. domus solis). **1.** Urbs tribus Dan in termino aquilonari tribus Iuda, etiam dicta Hirsemes עיר שמש i. e. civitas solis) et Har Kheres (הר־חרס i. e. mons solis, Vulgata: in monte Hares quod interpretatur testaceo), 10 mil. pass. ab Eleutheropoli Nicopolim ('*Amwâs*) versus (Onomasticon), hodie *'Ain Shems* 24 km a Ierusalem occidentem versus. [4 B 4; 13 C 2].

2. Urbs tribus Issachar, fortasse *'Ain el-Shemsîye* infra Bethsan. [4 C 3; 11 C 5; 12 E 2].

3. Urbs in tribu Nephthali, ignota.

BETHSAN (בית שאן et בית שן), urbs tribus Manasse intra fines Issachar, eadem ac Scythopolis, ex urbibus Decapoleos unica, quae ab occidente Iordanis sita erat, hodie *Beisan* inter Iordanem et *Djebel Faqu'a* seu montem Gelboe. [4 C 3; 11 C 4. 5; 12 E 1. 2].

BETHSEMES scribitur 1 Par. 6,59 pro Bethsames 1.

BETHSETTA (בית השטה i. e. domus acaciae), urbs; fortasse vicus *Shitta* seu *Shutta* inter urbes Iezrael et Bethsan. [11 C 4; 12 E 1].

BETHSIMOTH v. Bethiesimoth.

BETHSUR, BETHSURA (בית צור i. e. domus rupis), urbs in montanis Iuda, hodie *Beit Sur* non procul a Hebron aquilonem versus. [4 B 4; 13 D 2]. Prope *Beit Sûr* est fons *'Ain el-Dhirwe*, in quo eunuchus Candacis reginae a Philippo baptizatus esse putatur. [20 A 3].

BETHTHAPHUA (בית תפוח i. e. domus pomorum), urbs tribus Iuda in secunda provincia montis, vicus *Taffûh* 5 km a Hebron occidentem versus. [4 B 4; 13 C 2].

BETHUL (בתול), urbs tribus Simeon, eadem ac Cesil (כסיל), Bathuel (בתואל), Bethel (Ios. 12,16 בית אל; 1 Sam. 30,27 בית־אל); situs incertus.

BETHULIA (Βετυλούα), patria Iudith. Varii situs coniiciuntur: *Beit Ilfa* ad radices montium Gelboe inter Bethsan et *'Ain Djalud* (cfr 11 C 4; 12 E 1) vel *Misilîye* infra Ieblaam (11 B 5; 12 D 2) vel *Sanûr* infra Dothain (12 D 2) vel etiam *Tell Kheibar* in eadem vicinia austrum versus a *Misilîye*, orientem versus a *Sanur* [12 D 2]. Recentius Bethulia quaeritur occidentem versus a *Djenin* in vico *el-Barid* (11 B 5; 12 D 2) vel prope eum vicum in montanis, quorum duo cacumina sunt *Djebel el-'Asî* et *Sheikh Shibel*. — Alii vero Bethuliam nomen symbolicum esse censent.

BETHZACHARA (Βαιθζαχαρία), oppidum inter Ierusalem et Bethsur, hodie ruinae *Beit Zakarya* in colle singulari inter duas valles positae circiter 10 km aquilonem versus a Bethsura. [13 D 2; 20 B 3].

BETHZECHA (Βηζέθ), vicus prope Ierusalem,

fortasse *Bir el-Zeit* prope *Beitin* Bethel inter aquilonem et occidentem [13 D 1] vel probabilius collis Bezetha ab aquilone Ierusalem situs et postmodum urbi iunctus et intra murum Herodis Agrippae conclusus (Flav. Ios.). [Tab. 22].

BETOMESTHAIM (Βετομεσθαίμ, Βαιτομασθαίμ), urbs prope Dothain et planitiem Esdrelon seu in vicinitate Engannim, fortasse *Khirbet Umm el-Bothme* 3 km infra *Djenīn* (Engannim). [Cfr 11 B 5; 12 D 2].

BETONIM (בטנים), urbs tribus Gad, probabiliter ruina *Batne* 6 km ab *el-Salt* inter meridiem et occidentem. [13 F 1; 15 B 4].

BEZEC (בזק). 1. Urbs chananaea, fortasse eadem ac Bezec 2.

2. Bezec (Bezech) in tribu Issachar, *Khirbet Ibzīk* inter Sichem et Bethsan. [11 C 5; 12 E 2].

BITHYNIA (Βιθυνία), regio Asiae minoris, tempore Augusti provincia proconsularis, cuius termini erant ab aquilone Pontus Euxinus, ab occidente Bosporus thracius, Propontis et Mysia, a meridie Phrygia et Galatia, ab oriente Paphlagonia. [8 F G 2].

BOEN v. Abenboen.

BOKIM (הבכים cum articulo, Vulgata: locus flentium sive lacrymarum), locus ignotus prope Galgala (scilicet Galgala 1 vel forte Galgala 2).

BONIPORTUS (Καλοὶ λιμένες), statio vel portus in meridionali litore Cretae, hodie *Kalo-Limniones* rectius *Kalus Limniones* orientem versus a promontorio Matala seu Lithinos, occidentem versus ab urbe Thalassa seu Lasaea. [8 E 4].

BOSES (בוצץ), scopulus prope Machmas (*Mukhmas*) iuxta vallem (*Wadi Suweinīt*) et e regione oppositus alteri scopulo Sene prope Gabaa (*Djeba'*). [18 D 1].

BOSOR. 1. Bosor (בצר), urbs refugii in tribu Ruben, probabiliter eadem ac Bosra (בצרה), fortasse *Qaṣr el-Besher* prope *Dibān* (Dibon) inter meridiem et occidentem. [Cfr 14 B 3].

2. Bosor (Βοσόρ), urbs transiordanica, probabiliter *Busr el-Harīri* in regione *el-Ledja*. [16 E 3].

3. Bosor (Βοσόρ), urbs munita Galaad, fortasse eadem a Barasa, Bostra Graecorum et Romanorum, *Bosra* in *Hauran*. [16 E 4].

BOSPHORUS v. Sepharad.

BOSRA (בצרה). 1. Urbs Idumaeae, hodie *Buseira* inter meridiem et orientem a mari Mortuo inferiore. [3 F 2].

2. Bosra Ios. 21,27 legitur pro Astaroth.

3. Bosra Ier. 48,24 v. Bosor 1.

BOTRI TORRENS v. Escol.

BUBASTUS, BUBASTIS (פי־בסת), urbs perantiqua Aegypti inferioris, aegypt. Pi-Bast i. e. domicilium Bast deae, hodie *Tell el-Basta*. [2 B 2; 3 B 2].

BUZ (בוז), tribus Arabiae septemtrionalis in vicinia Dedanitarum et Themanitarum nec procul ab Idumaea vel forte in terra Bazu ad meridiem regionis *Hauran*.

C

CABSEEL (קבצאל, קבצאל), urbs tribus Iuda in Negeb.

CABUL (כבול), urbs tribus Aser, quae conicitur esse *Kabul* [11 B 3] inter Accho et Iotapata (*Khirbet Djefat*). Probabilius quaerenda est aquilonem versus a Sephet (*Safed*), ubi terra Chabul (vide s. v.).

CADEMOTH (קדמות), semel Cedmoth (קדמת), urbs Amorrhaeorum in tribu Ruben, prope Arnonem superiorem in dextera fluvii regione, haud procul a *Qal'at el-Belqa* statione viae peregrinantium [14 C 3], fortasse *Umm el Rasas* [14 C 2]. Ab urbe nomen habet desertum Cademoth.

CADES. 1. Cades seu Cadesbarne (קדש, קדש ברנע), urbs in extremo limite australi terrae promissae, antiquitus fons Misphat, fons Iudicii, occidentem versus a montibus Seir, aquilonem versus ab El Pharan seu Aelath, meridiem versus ab Amorrhaeis et in vicinia Amalecitarum, hodie oasis *'Ain Qadis* 80 km a Bersabee austrum versus, in descensu occidentali planitiei montanae *'Azazime*, unde etiam *Wadi Qadis* occidentem versus decurrit. [3 E 2].

2. Cades in tribu Nephthali v. Cedes 1.

3. Cades (קדש), urbs tribus Iuda in Negeb, probabiliter distincta a Cadesbarne, fortasse *Qadus*, quam Muqaddasi geographus Arabs in via mercatorum mediam inter Hebron et Zoar (Segor) collocat.

CADUMIM torrens (נַחַל קְדוּמִים) i. e. torrens orientalis scilicet Cison.

CAESAREA (Καισάρεια). **1**. Caesarea Philippi, urbs ad radices montis Hermon prope fontes Iordanis in Gaulanitide, olim Paneas, hodie *Baniyâs*. [8 G 4; 9 A 4; 16 B 2].

2. Caesarea Palaestinae, olim turris Stratonis, ad mare Mediterraneum sita, *Qaisariye*. [8 G 4; 11 A 4. 5; 12 C 1. 2].

CALANO (כַּלְנוֹ) v. Chalanne.

CALUMNIA (עֵשֶׂק) i. e. iurgium, contentio) nominatur puteus, de cuius aquis pastores Gerarae et pastores Isaac inter se contenderunt.

CALVARIA seu cranium (κρανίον) nomen pro Golgotha ex ipsa loci forma, quae aspectui offerebatur, depromptum. Calvariae locus erat prope (extra) urbem, ubi hodie Ecclesia S. Sepulcri. [Tab. 22].

CAMERA PASTORUM v. Bethacad.

CAMON (קָמוֹן), urbs transiordanica, cuius vestigium fortasse praebent locus *Qumeim, Qimeim* et ruinae *Qamm* inter aquilonem et orientem a Pella.

CANA (קָנָה). **1**. Torrens Cana v. Arundineti vallis.

2. Urbs tribus Aser (nisi forte textus corruptus est), vicus *Qânâ* 12 km a Tyro inter meridiem et orientem. [11 B 2].

3. Cana Galilaeae (Κανᾶ τῆς Γαλιλαίας), vel *Kefr Kennâ* ad orientem Sepphoris et a Nazareth inter aquilonem et orientem vel *Khirbet Qâna* a Sepphori aquilonem versus, haud procul a Iotapata, in margine aquilonari planitiei Asochis seu Zabulon (*Sahel el-Battauf*), in confinibus Aser et Zabulon. [17 A 2; cfr 11 B 3 et C 4].

CANATH, CHANATH (קְנָת), urbs transiordanica a Nobe Manassita expugnata et Nobe appellata, hodie *Qanawât* [16 F 3] in descensu occidentali *Djebel Haurân*; apud Graecos Kanatha, ad cuius fines fortasse pertinebat etiam altera Kanata, hodie *Kerak* [16 E 4], 25 km a *Qanawat* inter meridiem et occidentem.

CAPHARA v. Caphira.

CAPHARNAUM (Καφαρναούμ), urbs ad lacum Genesareth in finibus Zabulon et Nephthali, probabilius *Tell Hum* in ripa occidentali lacus 5 km ab ostio Iordanis, secundum alios *el-Tabigha* cum *ʿAin el-Tabigha* 2 km austrum versus a *Tell Hum*, vel *Khirbet* et *Khan Minye* cum *ʿAin el-Tîn* (i. e. fons ficulneae) 1, 5 km ab *el-Tabigha* meridiem versus. [11 C 3, 16 A 3; 17 C 1].

CAPHARSALAMA (Χαφαρσαλαμά), vicus in regione prope Ierusalem, fortasse Kaphar Salam Talmudicorum, vicus magnus *Kafarsallam* ad *Qaisâriye* pertinens (apud Muqaddasi geographum arabicum).

CAPHETETHA (Χαφεναθά), pars muri Ierusalem super torrentem (Cedron) ab ortu solis.

CAPHIRA, CAPHARA, CEPHIRA (כְּפִירָה cum et sine articulo), urbs tribus Beniamin, *Khirbet Kefîre* in occidentali parte tribus Beniamin nec procul a finibus Dan. [13 D 1; 18 B 2].

CAPHTORIM (כַּפְתֹּרִים) de terra Caphtor (כַּפְתֹּר) egressi Hevaeos Philisthaeae incolas expulerunt, unde Philisthaei post cladem superstites vocantur reliquiae insulae Caphtor (אִי כַפְתּוֹר = litorale Caphtor). Caphtor (in Vulgata: Cappadocia) probabilius est Creta [1 A 2] vel secundum aliquos ora maritima Phoeniciae sensu lato i. e. Palaestinae et Syriae.

CAPPADOCIA (Καππαδοκία) in Vulgata est nomen tum regionis Caphtor tum provinciae in Asia minore, cuius termini a Strabone definiuntur: meridiem versus Taurus Cilicius, orientem versus Armenia et Colchis, aquilonem versus Pontus Euxinus usque ad Halyis ostia, occasum versus Paphlagonia et ea Phrygiae pars, quam Galatae occupaverant, usque ad Lycaoniam et asperam Ciliciam. Cappadocia erat provincia romana ab anno 17 p. Chr. [1 B 2; 8 G H 3].

CARCAA (קַרְקַע, cum articulo et He locali הַקַּרְקָעָה), urbs tribus Iuda in termino meridionali terrae promissae, a Cadesbarne occidentem versus inter Addar et Asemona.

CARCOR (הַקַּרְקֹר, Vulgata: requiescebant), locus transiordanicus orientem versus a Iegbaa et Rabbath Ammon.

CAREM (Καρέμ), urbs tribus Iuda in quinta provincia montis, *ʿAin Kârim* 6 km a Ierusalem occasum versus, ex antiqua traditione patria S. Ioannis Baptistae, quare apud Christianos audit S. Ioannes in montanis. [4 B 4; 13 D 1; 18 B 2; 20 B 1].

CARIA (Καρία), provincia Asiae minoris inter Lydiam et Lyciam. [8 E F 3].

CARIATH (קִרְיַת), urbs tribus Beniamin, fortasse Cariathiarim (si corruptio textus subest).

CARIATHAIM (קִרְיָתַיִם i. e. urbs gemina).

1. Urbs transiordanica, *Qureiyat* infra *Wadi Zerqa Maʿin* haud procul a *Djebel ʿAttârûs*. [13 F 2; 14 B 2].

2. Urbs in tribu Nephthali, quae etiam scribitur Carthan (קַרְתָּן).

CARIATHARBE v. Hebron.

CARIATHBAAL v. Cariathiarim.

CARIATH CHUZOTH (קִרְיַת חֻצוֹת i. e. urbs platearum vel vicorum), urbs Moab inter Arnonem et Bamothbaal, fortasse eadem ac Cariathaim.

CARIATHIARIM (קִרְיַת יְעָרִים) seu Cariathbaal (קִרְיַת־בַּעַל), urbs in termino aquilonari tribus Iuda, ubi terminus Beniamin occidentalis et meridionalis se tangunt, hodie *Qaryet el-ʿEnab*. [4 B 4; 13 D 1; 18 B 2].

CARIATHSENNA, CARIATHSEPHER v. Dabir 1.

CARIOTH (קְרִיּוֹת). **1.** Urbs tribus Iuda in Negeb, probabilius cum voce sequenti: Carioth Hesron, *Khirbet el-Qaryatein* 21 km a Hebron austrum versus. [13 D 3].
2. Urbs Moab.

CARITH torrens (נַחַל כְּרִית), qui in Iordanem influit et quidem ad orientem Samariae. Utrum a parte dextera an a sinistra influat, controvertitur. In dextera seu occidentali parte Iordanis torrens Carith agnoscitur vel *Wadi el-Qelt* [13 E 1] prope Iericho vel *Wadi Fasail* [12 E 3] paulo infra *Qarn Sartabe* et 16 km supra Iericho vel *Wadi Fara* [12 E 3] magis aquilonem versus. In sinistra seu orientali parte Iordanis torrens Carith agnoscitur vel *Wadi Kefrein* [15 B 4] e regione Beth Hagla vel *Wadi Shaib* (*Wadi Nimrin*) [15 B 4] e regione montis Quarantania vel *Wadi ʿAdjlun* [15 B 2. 3] e regione Samariae urbis vel magis aquilonem versus *Wadi el-Himar* [15 B 2] vel denique maxima cum probabilitate *Wadi Yabis*. [15 B 2; 16 B 5].

CARMEL, CARMELUS (כַּרְמֶל, הַכַּרְמֶל), oppidum et mons in montanis tribus Iuda, vicus *el-Kurmul* austrum versus a Hebron. [4 B 5; 13 D 3].

CARMELUS mons (כַּרְמֶל i. e. hortus; הַר הַכַּרְמֶל) in finibus australibus tribus Aser ad mare Mediterraneum et tribum Zabulon ab occidente attingens; *Djebel Mar Elyas*, raro *Kurmul*. [11 A 3].

CARNAIM seu **CARNION**, urbs transiordanica, fortasse distinguenda ab Astaroth regis Og et ab Astarothcarnaim. Probabiliter Astarothcarnaim est Astaroth (*Tell ʿAshtara*) prope Carnaim (*Sheikh Sad*). [16 C 3].

CARTHA (קַרְתָּה), urbs tribus Zabulon, fortasse eadem quae Cathed et Cetron.

CARTHAGINENSES (תַּרְשִׁישׁ) dicuntur negotiatores Tyri, rectius: Tartessii, v. Tharsis.

CARTHAN urbs v. Cariathaim 2.

CASALOTH (הַכְּסֻלּוֹת cum articulo), urbs tribus Issachar, probabilius eadem ac Ceseleththabor.

CASBON v. Casphor.

CASIS vallis (עֵמֶק קְצִיץ) in territorio Beniamin. *Wadi el-Kaziz*, quae est vallis lateralis a septemtrione in mediam vallem Cedron desinens, nimium versus occidentem et meridiem abest, quam ut tribui Beniamin adscribi possit.

CASLUIM, CHASLUIM (כַּסְלֻחִים), populus ab Aegyptiis originem ducens.

CASPHIN (Κάσπιν), urbs munita in Galaad, vicus *Khisfin* ad orientem lacus Tiberiadis iuxta viam romanam, quae Damascum ducit. Prope Casphin erat stagnum stadiorum duorum latitudinis, hodie palus profunda ac periculosa *ʿAin el-Sfeira* inter meridiem et occidentem a *Khisfin*. [16 B 3; 17 D 1].

CASPHOR (Χασφώρ), seu **CASBON** (Χασφών), urbs munita Galaaditidis, probabilissime eadem atque Casphin, *Khisfin*.

CATETH, CATHED (קַטָּת), urbs tribus Zabulon, quae eadem esse coniicitur cum Cetron et etiam cum Cartha.

CAUDA (Κλαῦδα, Καῦδα), parva insula ad meridiem Cretae, hodie *Gavdhos*, *Gozzo*. [8 D 4].

CEDAR (קֵדָר), secundus filius Ismael, progenitor Cedarenorum, qui inter Arabiam Petraeam et Babyloniam incolebant, assyr. Qidrai. [1 B 2].

CEDES (קֶדֶשׁ). **1.** Cedes (Vulgata interdum Cades), urbs antiqua chananaea in tribu Nephthali, civitas refugii; vicus *Qades* in pulcherrima et frugifera regione cis Iordanem non procul a lacu *Hule* situs et a paludibus, quae lacui ex parte aquilonari adiacent, montibus separatus. [11 C 2].
2. Cedes Hethaeorum v. Hodsi.
3. Cedes, urbs tribus Issachar v. Cesion.

CEDIMOTH v. Cademoth.

CEDMONAEI (הַקַּדְמֹנִי cum articulo), populus a semine Abraham subigendus, fortasse referendus ad Cedma (קֵדְמָה) filium Ismael et ad regionem Qdm (Qdma) ad orientem maris Mortui, in monumentis aegyptiacis memoratam.

CEDRON **1.** Cedron (Κέδρων), urbs Iudaeae inter Modin et Azotum nec procul a Iamnia, fortasse vicus *Qatra* [13 B 1] a finibus Accaron per fluvium *Rubin* separatus. Semel vocatur Gedor (Κεδρών) fortasse non differt a Gaderoth.
2. Cedron torrens (נַחַל קִדְרוֹן; ὁ χειμάρρους τῶν Κέδρων al. τοῦ Κέδρων), quae vallis ad aquilonem urbis

Ierusalem ex pluribus minoribus valliculis coalescens orientem versus decurrit, *Wādi 'Aqabet el-Suwan* dicta, deinde cursum australem et nomen novum *Wādi Sitti Maryam* assumens urbem a monte Oliveti et a monte Scandali seiungit, denique cum valle Ennom coniuncta et nomine communi *Wādi el-Nar* (vallis ignis) appellata in directione austro-orientali ad mare Mortuum descendit. [13 D E 1.2; 18 C 2; 19 A 2; 20 C 1; 21 B 1. 2. 3; cfr Tab. 22].

CEELATHA (קהלתה), statio Israelitarum in deserto inter Ressa et montem Sepher.

CEILA (קעילה, קעלה), urbs tribus Iuda in tertia provincia Sephelae, vicus *Qīlā* 12 km a Hebron inter aquilonem et occidentem. [4 B 4; 13 C 2].

CELLON terra (ἡ Χελλαίων scilicet γῆ), fortasse regio Chalonitis a fluvio Chalo irrigata, postmodum Chalcidice dicta, inter Ciliciam et desertum syro-arabicum vel, si cum Syro et Itala legitur terra Chaldaeorum, fortasse Haran regio Mesopotamiae septemtrionalis ad occidentem vergentis.

CENCHRAE seu Cenchreae (Κεγχρεαί), portus Corinthi ad sinum Saronicum maris Aegaei. [8 D 3].

CENERETH, CENEROTH v. Genesareth.

CENEZAEI (הקנזי forma numeri singularis cum articulo) recensentur inter populos tempore Abrahae inter fluvium Aegypti (*Wadi el-'Arish*) et Euphraten incolentes.

CENI v. Cinaei.

CENNEROTH v. Genesareth 2.

CEPHIRA v. Caphira.

CERETHAEI, CERETHI (כרתי, כרתים), tribus aliqua incolens ad meridiem tribus Iuda, fortasse philisthaica. Eis copulari solent Phelethaei. Phelethi (פלתי) i. e. Philisthaei vel aliqua tribus philisthaica. Cerethi et Phelethi erant custodes corporis regis, una cohors.

CESELETHTHABOR (כסלת תבר i. e. lumbi vel fiducia Thaboris), urbs in confinibus Issachar et Zabulon, eadem quae Casaloth tribus Issachar, vicus *Iksal* ad occidentem montis Thabor. [4 B 2; 11 B 4].

CESIL urbs v. Bethul.

CESION (קשיון), urbs tribus Issachar, etiam Cedes (קדש) dicta, *Tell Abu Qudeis* inter *Ledjdjun*, *Rummane* et *Zer'in*. [4 B 2; 11 B 4; 12 D 1].

CETEI (Κιτιεῖς) sunt Macedones, alias Cethim (vide s. v.).

CETHIM, CETTHIM (כתים, כתיים), populus a Iavan parente Ioniorum descendens, sensu strictiore Cyprus insula, sensu latiore insulae maris Mediterranei orientalis et etiam regiones maritimae adiacentes. [1 B 2].

CETHLIS (כתליש), urbs tribus Iuda in secunda provincia Sephelae; ignota.

CETRON (קטרון), urbs tribus Zabulon, quae eadem esse putatur cum Cateth seu Cathed et etiam cum Cartha.

CETTHIM v. Cethim.

CETURA (קטורה), uxor seu concubina Abraham, mater Zamran, Iecsan, Madan, Madian, Iesboc, Sue, a quibus descendunt Arabes qui dicuntur Ceturaei.

CHABUL terra (ארץ כבול), regio viginti urbium, quas Salomon Hiram regi Tyri tradidit, in terra Galil, quae aquilonarem partem tribus Nephthali comprehendebat et circulus gentium vocabatur. A regione Chabul distinguenda non videtur urbs eiusdem nominis; v. Cabul.

CHALANNE (כלנה, כלנה), urbs Nemrod in terra Sennaar, probabiliter eadem quae Calano (כלנו). Fortasse est assyr. Kulunu, Kullani, urbs Babyloniae meridionalis, cuius nomen semiticum traditur fuisse *Zirlab;* eam esse hodiernum *Zerghul* in Babylonia meridionali ad ripam orientalem *Shaṭṭ el-Ḥai* alii affirmant, alii addubitant. Ab aliis Chalanne seu Calano coniicitur esse Ctesiphon iuxta ripam orientalem Tigridis paulo infra confluentem Dialae et Tigridis, ab aliis assyr. Nippuru, hodie *Niffur*. [5 D 2].

CHALDAEA, CHALDAEI (כשדים), regio ad oram sinus Persici sita, assyr. Kaldu vel Kaldi, cuius finibus continebatur etiam urbs Ur (*Mughair*). [1 C 2; 5 DE 2. 3].

CHALE (כלח), una ex quattuor urbibus, quae civitatem magnam Ninive efformant, assyr. Kalhu, nunc *Nimrud* ad confluentem Tigridis et Zabae superioris. [7 C 4 et Tabella: Chale].

CHALI (חלי), urbs tribus Aser, fortasse *Khirbet 'Alya* in media fere tribu Aser. [11 B 2].

CHAM (חם), filius Noe natu minimus. Posteri Cham incolebant potissimum Arabiam, Aethiopiam, Aegyptum, Chanaanitiden, Phoeniceen, Syriam.

CHAMAAM (כמוהם Kethib, sed in multis mss. כמהם), locus quidam iuxta Bethlehem, diversorium, ut videtur, a Chamaam proprietario appellatum.

CHANAAN (כְּנַעַן), filius Cham, pater gentium, quae continuam regionem oblinebant a Sidone usque Gomorrham. Terra Chanaan patriarchis promissa complectebatur tractum continuum ad occidentem Iordanis. Philisthaeam includebat et ad Sidonem usque pertingebat. [Tab. 4].

CHANATH v. Canath.

CHARACA (εἰς τὸν Χάρακα), locus quidam in Galaad quem Iudaei, qui vocantur Tubianaei, incolebant; coniicitur esse *el-Hureiyik* [16 D 3] in *Wādi el-Ghār* inter *Djebel Haurān* et *Tell 'Ashtara* (Astarothcarnaim) vel *el-Kerak* [16 E 4] haud procul a priore situ inter meridiem et orientem. Vide etiam Datheman.

CHARAN. **1**. Charan (כְּרָן), stirps Horraeorum.

2. Charan, urbs Mesopotamiae; v. Haran.

3. Charan urbs inter Ecbatana et Ninive in confinibus Mediae et Assyriae; sed in diversis textibus nomen urbis quam maxime variat.

CHARCAMIS (כַּרְכְּמִישׁ), urbs fortasse maxime principalis terrae Khatti (Hethitarum), probabilissime *Djerābis*-Europos aquilonem versus a *Mabbogh*-Hierapoli et a fluvio *Sadjūr* in dextera Euphratis ripa; assyr. Gargamis vel Kargamis. [9 C 1].

CHASLUIM v. Casluim.

CHASPHIA (כָּסִפְיָא), pagus haud longe ab Ahava fluvio inter Babylonem et Ierusalem.

CHEBBON (כַּבּוֹן), urbs tribus Iuda in secunda provincia Sephelae, probabilius eadem ac Machbena (מַכְבֵּנָה), vicus *el-Qubeibe* unius horae spatio ab Eleutheropoli inter meridiem et occidentem. [13 C 2].

CHEBRON v. Hebron.

CHELLUS (Χελλούς), regio ab occidente Iordanis, probabiliter Elusa inter Bersabee et Cadesbarne, hodie *Khalasa*. [3 E 1].

CHELMAD (כִּלְמַד), emporium Mesopotamiae, hod. *Hit* in ripa Euphratis dextera [5 D 2], secundum alios *Kalwadha* prope *Baghdad*.

CHELMON (Κυαμών), urbs prope Bethuliam, vicus *Yamun* 6 km a *Djenin* (Engannim) inter aquilonem et occidentem [11 B 5, 12 D 2] vel fortasse vicus *Qumiye* inter Hermon minorem et montem Gelboe vel *Tell Qaimun* (= Iecnaam) ab oriente Carmeli prope Cisonem torrentem.

CHENE (כַּנֵּה), emporium Mesopotamiae, eadem urbs atque Chalanne.

CHERUB (כְּרוּב), urbs chaldaica v. Adon.

CHESLON (כְּסָלוֹן), urbs in termino aquilonari tribus Iuda occidentem versus, vicus *Kesla* inter Bethsames et Cariathiarim. [4 B 4; 13 C 1].

CHEZIB (כְּזִיב, Vulgata mendose: ultra cessavit), eadem urbs atque Achzib in Sephela; v. Achazib 2.

CHIDON v. Area Chidon.

CHIUS (Χίος), insula in Archipelago iuxta litus Ioniae, cuius urbs principalis etiam Chius vocabatur. Hodie *Sakiz*. [8 E 3].

CHOBA (Χωβά). **1**. Urbs contra Holofernem munita, probabilius eadem atque Chobai (Χωβαί).

2. Urbs, ad quam usque exercitus Holofernis caesus est; fortasse eadem quae Hoba, vicus *el-Qābūn* dimidia fere hora a Damasco aquilonem versus. [10 E 2].

CHOBAI v. Choba 1.

CHOBAR (כְּבָר), fluvius in Babylonia, fortasse *Nahr Malcha*, magnus ille canalis, quo Nabuchodonosor Euphraten et Tigridem coniunxit.

CHOLA (Χωλά), urbs; fortasse eadem quae Gaulon seu Golan.

CHORRAEI v. Horraei.

CHOZEBA (כֹּזֵבָא: 1 Par. 4,22 Vulgata: viri mendacii), urbs tribus Iuda. Si non est eadem atque Achazib 2, agnosci potest *Khirbet Kuweiziba* inter Hebron et Bethlehem. [13 D 2; 20 B 3].

CHUB (כּוּב), populus Aegyptiis subiectus vel foederatus, probabiliter mendose pro לוּב, Libyes.

CHUN (כּוּן), urbs Adarezer regis Soba, fortasse Conna Romanorum, hodie *Kuna* iuxta *Wadi Yafufe*. [10 D 1].

CHUS (כּוּשׁ), filius Cham, progenitor Cushitarum. [1 B 4].

CHUS, CHUSI (Χούς), oppidum iuxta torrentem Mochmur nec procul ab Ecrebel inter meridiem et orientem Bethuliae, fortasse vicus *Quza* seu *Kuza* 9 km a *Nabulus* (Sichem) austrum versus et 8 km ab *'Aqrabe* occidentem versus. [12 D 3].

CHUTHAEI v. Cutha.

CIBSAIM (קִבְצַיִם), urbs in orientali parte tribus Ephraim, probabiliter eadem ac Iecmaam.

CILICIA (Κιλικία), provincia maritima Asiae minoris, occidentem versus contigua Pamphyliae, aquilonem versus contigua Lycaoniae et Cappadociae, orientem versus contigua Syriae. Pars occi-

dentalis ab asperitate montium vocabatur Tracheotis, Cilicia Trachea seu aspera, pars orientalis Cilicia Pedias seu campestris. [5 AB 1; 8 G 3].

CINA (קִינָה), urbs tribus Iuda in Negeb, fortasse urbs Ceni seu Cinacorum, qui in Negeb sedes fixerant.

CINAEI (קַיִן. הַקֵּינִים. הַקֵּנִי. הַקֵּינִי), populus, cuius historia inde ab Abraham usque ad Davidis aetatem saepius cum historia populi electi connectitur.

CISON (קִישׁוֹן), torrens, qui planitiem Esdrelon percurrens ad sinum Ptolemaidis fertur, hodie *Muqaṭṭaʿ*. [11 A 3 B 4].

CLAUDA v. Cauda.

COA (מִקְוֵה. מִקְוֵא. Vulgata: de Coa) regio, ex qua sicuti ex Aegypto equi Salomonis coemebantur; videtur in confinibus Aegypti et Palaestinae quaerenda, fortasse Qui i. e. Cilicia orientalis. [5 B 1].

COA (קוֹעַ), gens cum Babyloniis et Chaldaeis foedere iuncta contra Iudaeam et Ierusalem, assyr. Qutu in regione Matu-Quti ad meridiem Assyriae. [5 D 2].

COELESYRIA (ἡ Κοίλη Συρία) vocatur inde ab Alexandri Magni tempore vallis fertilis et amoena inter Libanum et Antilibanum. [9 A 3. 4; 10 CD 1. 2]. Sed generatim apud veteres sensu latiore adhibetur et in libris Mach. etiam regionem damascenam comprehendit.

COLOSSAE (Κολοσσαί), urbs Phrygiae maioris haud procul Hierapoli et Laodicea sita, cuius ruinae repertae sunt 4 km a Chonis (hodie *Chonas*) aquilonem versus. [8 F 3].

CONAS (Κωνάς), urbs contra Holofernem munita (nisi forte Iudith 4,4 legendum sit κώμας pro Κωνάς).

CONTRADICTIONIS AQUA prope Cadesbarne, ubi iurgati sunt filii Israel contra Dominum.

COOS (Κόως, Κῶς), parva insula in mari Aegaeo e regione Cnidi et Halicarnassi. [8 E 3].

CORINTHUS (Κόρινθος), urbs graeca in Isthmo Peloponnesi inter duo maria Ionium et Aegaeum sita, duobus portubus instructa Lechaeensi versus Italiam et Cenchreensi versus Asiam. [8 D 3].

COROZAIN (Χοραζείν, Χωραζείν, Χωραζίν, Χοροζαΐν, Χοροζή), urbs prope lacum Genesareth, ruinae *Kerâze* 3 km a *Tell Ḥûm* (Capharnaum) aquilonem versus [4 C 2; 11 C 3; 17 C 1], secundum alios autem *Kursi* haud procul a litore lacus orientali 10 km ab ostio Iordanis. [16 B 3; 17 C 2].

COUS v. Coos.

CRETA (Κρήτη), insula magna in archipelago maris Mediterranei, *Candia*. [1 A 2; 8 DE 4].

CULON (Κουλόν), urbs tribus Iuda in quinta provincia montis, vicus *Qulônîye* 6,5 km occidentem versus a Ierusalem. [4 B 4; 13 D 1; 18 B 2; 20 B 1].

CUTHA (כּוּתָה, כּוּת), urbs Assyriorum, assyr. Kuti (Kutu?) in Babylonia, hodie *Tell Ibrâhîm* 28 km a Babel inter aquilonem et orientem. [5 D 2].

CYPRUS (Κύπρος), insula in parte orientali maris Mediterranei iuxta Ciliciam et Syriam. [1 B 2; 5 A 2; 8 G 4].

CYRENE (Κυρήνη), urbs florentissima Libyae pentapolitanae (seu cyrenaicae). [8 D 4].

CYRENE (קִיר), regio, in quam Theglathphalasar III. habitatores Damasci translulit; coniicitur esse Haran [5 C 1; 8 H 3] vel regio ad Cyrum amnem, qui iunctis cum Araxe aquis in Caspium mare devolvitur [5 E 1] vel urbs Κοῦρνα (Ptol. VI. 2,10) ad Mardium fluvium sita in Media australi vel Cyrrhestica inter Orontem et Euphratem vel regio babylonica vel denique, si textus emendandus foret, Coa (Qutu) ad meridiem Assyriae. [5 D 2].

D

DABERETH (הַדָּבְרַת cum articulo), urbs tribus Issachar in confinibus Zabulon, vicus *Deburîye* ad radices montis Thabor. [4 C 2; 11 C 4].

DABIR. 1. Dabir (דְּבִר, דְּבִיר, דְּבִרָה), urbs tribus Iuda in prima provincia montis, antiquitus appellata Cariathsenna (קִרְיַת־סַנָּה) et Cariath Sepher (קִרְיַת־סֵפֶר), probabilissime vicus *el-Daharîye* medius fere inter Hebron et Bersabee. [4 B 5; 13 C 3].

2. Terminus Dabir (גְּבוּל לִדְבִר) in termino aquilonari montanorum Gad, fortasse idem ac Lodabar.

DADAN, DEDAN דְּדָן. **1.** Filius Regma filii Chus, a quo Dedanitae cushitici in litore insulisque maris Persici. [1 C 3].

2. Filius Iecsan filii Abrahae et Ceturae, a quo Dedanitae ceturaei Idumaeis vicini in Arabia aquilonari occidentem versus. [1 B 2].

DALMANUTHA v. Magedan.

DALMATIA Δαλματία, regio montana in orientali litore maris Adriatici, ab anno 9 p. Chr. pars provinciae romanae, quam Illyricum vocant. [8 C 2].

DAMASCUS דַּמֶּשֶׂק. דַּרְמֶשֶׂק. Δαμασκός, urbs ad radices Antilibani in planitie magna et amoena, quam circumscribunt ab aquilone Antilibanus, ab occidente Hermon maior, ab austro *Djebel el-Māni'a*, ab oriente lacus seu paludes *Bahrat el-'Ateibe*. Vocatur hodie *Dimishq el-Shām* vel simpliciter *el-Shām*; regio damascena vocatur *Ghūta* i. e. vallis fertilis. [1 B 2; 2 C 1; 5 B 2; 8 G 4; 9 A 4; 10 E 2. 3].

DAMNA דִּמְנָה. urbs tribus Zabulon, probabiliter eadem quae Remmon 2.

DAN דָּן. **1.** Tribus Israel, cuius partem orientalem et montanam cingunt Ephraim, Beniamin, Iuda, planitiem occidentalem ab austro Philisthaea, ab aquilone et oriente sors Ephraim. [4 AB 3. 4].

2. Urbs Palaestinae maxime aquilonaris, prius appellata Lais, Lesem, hodie *Tell el-Qadi* ad fontes *Nahr Leddan* et occidentem versus a *Baniyas*. [4 C 1; 9 A 4; 11 D 1; 16 B 1].

3. Dan silvestria דָּן יַעַן, probabiliter Lais-Dan.

4. Castra Dan prope Cariathiarim.

5. Vide Vedan וְדָן. quod perperam vertitur: et Dan.

DANNA דַּנָּה. urbs tribus Iuda in prima provincia montis.

DAPHCA דָּפְקָה, statio Israelitarum inter desertum Sin et Alus; quaerendae sunt stationes Daphca et Alus inter desertum Sin (planitiem *el-Markha*) et Raphidim (*Wadi Feiran*). [3 CD 4].

DAPHNE Δάφνη, lucus Apollinis et Artemidis prope Antiochiam Syriae, vicus *Beit el Ma* i. e. domus aquae ad ripam sinistram Orontis, quo ab Antiochia urbe separatur. [9 A 1].

DAPHNIS v. Ain 1.

DATHEMA (Δάθεμα, Δάθεμ, Δάτεμα), castellum, fortasse *'Athaman* prope *Der'at* [15 D 1; 16 D 4] vel *el-Bemthe* in via Peregrinantium nec procul a *Der'at* inter meridiem et orientem [15 C 1; 16 C 4] vel *el-Husn* inter austrum et orientem ab *el-Bemthe* [15 C 1; 16 C 4].

DEBBASETH דַּבָּשֶׁת, urbs in termino tribus Zabulon, fortasse *Djebātā* inter meridiem et occidentem a Nazareth. [11 B 4].

DEBERA דְּבִרָה cum He locali, urbs in confinibus Iuda et Beniamin. Vestigium nominis, si non corruptum supponitur, cernunt in *Thogret el-Debr* prope *Qal'at el-Dam* (Adommim). [19 C 2].

DEBLATHA דִּבְלָתָה probabilius est Rebla seu Reblatha in terra Emath; v. Rebla 2.

DEBLATHAIM בֵּית דִּבְלָתַיִם. Vulgata: domus Deblathaim, urbs Moab, seu Helmondeblathaim עַלְמֹן־דִּבְלָתָיְמָה, statio Israelitarum inter Dibongad et montes Abarim.

DECAPOLIS (ἡ Δεκάπολις), confoederatio politica decem postea plurium urbium hellenisticarum transiordanicarum, quibus una cis Iordanem accedebat Scythopolis (Bethsan).

DECLA (דִּקְלָה), filius Iectan. Tribui Decla assignant aliqui regionem *Nedjrān* in aquilonari parte *Yemen*. Cfr 1 C 4].

DEDAN v. Dadan.

DELEAN (דִּלְעָן), urbs tribus Iuda in secunda provincia Sephelae; ignota.

DELUS (Δῆλος), insula in mari Aegaeo, minima inter Cyclades. [8 E 3].

DENABA דִּנְהָבָה, urbs regia in Edom.

DERBE Δέρβη, urbs Lycaoniae. [8 G 3].

DESSAU (Δεσσαού), castellum Machabaeorum, ignotum.

DIBON (דִּיבֹן). **1.** Urbs in tribu Ruben, statio Israelitarum Dibongad דִּיבֹן־גָּד, hodie *Dibān* hora et dimidia ab Arnone aquilonem versus. [4 C 5; 14 B 3].

2. Eadem ac Dimona.

DIBONGAD v. Dibon 1.

DIEVI דֶּהָוֵא, tribus susiana vel aelamitica in Samariam translata.

DIMONA (דִּימוֹנָה), urbs in meridie (Negeb) Iuda, semel Dibon vocata. Coniicitur esse *Tell el Dhib* prope *Tell 'Arad* inter aquilonem et orientem. Cfr [13 D 3].

DINAEI דִּינָיֵא, gens de Babylonia in Samariam translata

Diocaesarea eadem ac Sepphoris.

DIOSPOLIS v. Lod.

DIZAHAB די זהב, Vulgata : ubi auri est plurimum), mansio Israelitarum, fortasse portus *Dhahab* ad orientem montis Sinai in lingula sinus Aelanitici. [3 E 4].

DOCH (Δώκ), arx, cuius nomen conservat *'Ain Duk* 6 km a Iericho inter aquilonem et occidentem ad radices aquilonares montis Quarantania (*Djebel Qarantal*) et prope viam romanam, quae Ierichunte in Samariam ducit. [13 E 1; 14 A 1].

DODANIM דֹּדָנִים, populus a Iavan i. e. a Graecis oriundus, fortasse Dardani vel Rhodii (cum LXX Ῥόδιοι).

DOMMIM v. Phesdomim.

DOR v. Hammoth Dor.

DOR (דֹּאר. דּוֹר), urbs manassaea in territorio Aser, assyr. Duru, hodie *Tanṭura* ad mare infra Carmelum. [4 B 2; 11 A 4].

DORA (Δωρᾶ), eadem ac praecedens.

DOTHAN, DOTHAIN (דֹּתָן. דֹּתַיְנָה cum He locali), urbs Samariae, *Tell Dōthān* inter *Sebasṭiye* (Samaria) et *Djenīn* (Engannim). [11 B 5; 12 D 2].

DRACONIS FONS (עֵין הַתַּנִּין) in superiore parte vallis Hinnom inter portam vallis et portam stercoris, probabiliter ad austrum piscinae serpentum (*Birket el-Sulṭan*). [Tab. 22].

DUMA דּוּמָה. **1.** Tribus ismaelitica in Arabia aquilonari occidentem versus, ubi hodie est *Duma el-Djandal* i. e. Duma saxea et oasis *el-Djof*. [1 B 2].

2. Urbs eadem ac Ruma 1.

DURA (דּוּרָא), campus provinciae Babylonis. Circiter 8 km a Babylone inter austrum et orientem sunt *Tulul Dura* i. e. colles *Dūra* iuxta *Nahr Dura* ibique cernitur collis *el-Mokhaṭṭaṭ* (*la colline alignée*) 6 m altus supra basin quadratam 14 m. [Tab. 6].

E

EBAL. 1. Ebal (עֵיבָל), tribus Iectanidarum in Arabia australi. Etiam hodie nomine *Abil* et regio et varii pagi in *Yemen* [1 C 4] designantur.

2. Ebal mons v. Hebal.

ECBATANA (אַחְמְתָא, Ἐκβάτανα). **1.** Urbs et caput Mediae, ubi hodie *Hamadan*. [1 C 2; 5 E 2].

2. Urbs in Media aquilonari seu Atropatene, Ecbatana secunda, ubi hodie *Takht Soleiman*.

ECREBEL (Ἐκρεβήλ), oppidum inter austrum et orientem Bethuliae, fortasse *'Aqrabe*. [12 E 3].

EDEMA אֲדָמָה, urbs Nephthali, probabiliter *Khirbet Adma* [4 C 2; 11 C 4; 15 A 1] ad dexteram ripam Iordanis paulo infra lacum Tiberiadis vel fortasse *Dāmiye* [11 C 3; 17 B 2] inter Tiberiadem et montem Thabor.

EDEN (עֵדֶן). **1.** Vide Paradisus.

2. Filii Eden in Thalassar, *Bit Adini* in parte quam maxime occidentali Mesopotamiae ad utramque Euphratis ripam. [5 BC 1].

3. Beth Eden (Vulgata : domus voluptatis), regio Syriae, apud Ptolemaeum Παράδεισος, urbs Laodicenes, hodie *Ehden* prope *Bsherre* in Libano. [9 A 3].

EDER (עֵדֶר), urbs tribus Iuda in Negeb.

EDOM, IDUMAEA (אֱדוֹם, Ἐδώμ, Ἰδουμαία). In Vetere Testamento Edom (= mons Seir) vocabatur primitus regio ad occidentem vallis *el-'Araba*, postmodum etiam ad orientem eiusdem vallis. [1 B 2; 3 EF 2. 3; 5 B 3; 13 E 5]. Multo latius extenduntur aetate graeco-romana fines Idumaeae, cuius terminus aquilonaris assignari potest linea ab Azoto per Eleutheropolin Hebronem ducta.

EDRAI (אֶדְרֶעִי). **1.** Urbs in Basan, hodie *Edre'āt*, brevius *Der'āt* vel *Derā'ā* in planitie montana, quam ab oriente et aquilone Hieromax (*Yarmūk*) circumfluit, ab austro mons calcarius *el-Zumle* superat. [4 D 2; 15 D 1; 16 D 4].

2. Urbs tribus Nephthali, vicus *Ya'tir* medius fere inter Tyrum et lacum *Hūle* [11 B 2] vel probabilius arx Tyriorum neque diversa ab Edrai 1.

EGLON (עֶגְלוֹן), urbs tribus Iuda in secunda provincia Sephelae, *Khirbet 'Adjlān* ab Eleutheropoli quattuor horis occidentem versus. [4 A4; 13 B2].

ELAM v. Aelam.

ELATH v. Aelath.

ELCESAEUS (הָאֶלְקֹשִׁי) i. e. ex vico Elcesi (vel Elqosh) oriundus designatur Nahum propheta. Correspondet vicus *el-Kauze* prope *el-Rame* in

Nephthali vel ex aliorum opinione vicus *Qessiye* prope Eleutheropolim inter austrum et orientem.

ELEALE (אֶלְעָלֵה), urbs tribus Ruben, ruinae *el-ʿAl* aquilonem versus ab *Ḥesbān*. [4 B 4; 14 B 1; 15 B 4].

ELEPH (הָאֶלֶף), urbs tribus Beniamin, ignota, fortasse eadem ac Sela (Sela ha-Eleph).

Eleutheropolis (Ἐλευθερόπολις) seu Baitogabra, *Beit Djibrīn* inter Hebron et Azotum. [13 C 2]. In S. Scriptura non legitur, sed ad situm urbium biblicarum determinandum saepe inservit.

ELEUTHERUS (Ἐλεύθερος), fluvius, qui Phoeniciam a Syria dividit et inter Tripolim et Aradum in mare Mediterraneum effunditur, hodiernus *Nahr el-Kebir* (fluvius magnus). [9 A 3].

ELIM (אֵילִם), statio Israelitarum inter Mara et desertum Sin, *Wādi Gharandel*. [3 C 3].

ELIM puteus v. Beer Elim.

ELISA (אֱלִישָׁה), filius Iavan, gens graeca, populatio aeolica Graeciae europaeae (Carthago [?], Sicilia, Italia inferior, Peloponnesus).

ELISEI FONS prope Iericho, hodie *ʿAin el-Sulṭan*. [13 E 1; 14 A 1; 19 D 1].

ELLASAR v. Pontus 1.

ELMELECH (אַלַּמֶּלֶךְ), urbs tribus Aser; vestigium nominis fortasse conservat *Wadi el-Melek* tributarius Cisonis haud procul a *Ḥaifa*. [11 B 3].

ELMODAD (אַלְמוֹדָד), gens Iectanidarum, ignota.

ELON (אֵילוֹן), urbs tribus Dan, probabiliter eadem ac Bethanan (hebr. Elon-Beth-Hanan).

ELTECON (אֶלְתְּקֹן), urbs tribus Iuda in quarta provincia montis, ignota.

ELTHECE, ELTHECO (אֶלְתְּקֵה), urbs tribus Dan, assyr. Altaqun, fortasse *Beit Luqqa* inter *Beit Nuba* et Bethoron superiorem. [Cfr 13 C 1].

ELTHOLAD (אֶלְתּוֹלַד), urbs tribus Simeon in Negeb.

ELYMAIS (Ἐλυμαΐς), civitas in Perside vel potius secundum editiones criticas 1 Mach. 6,1 provincia regni persici scil. Aelam.

EMATH 1. Emath (חֲמָת), urbs ad Orontem sita, apud Graecos Epiphania, assyr. Khamatti (terra, raro urbs), hodie *Ḥamā* [5 B 2, 8 H 4; 9 B 2]. Introitus Emath (לְבֹא חֲמָת) cognoscitur *Merdj ʿAyun*, planities inter *Nahr Līṭānī* et *Nahr Ḥāṣbānī*, per quam aditus fit ex Palaestina in Coelen Syriam seu vallem *Beqāʿa*. [4 C 1; 9 A 4; 10 BC 3; 11 C 1].

2. Emath (חַמַּת) v. Hammoth Dor.

3. Emath Suba (חֲמַת צוֹבָה), regio a Salomone subacta est vel Emath 1 vel ignota quaedam Emath vel forte regnum Emath et Soba (vide s. v.) illo tempore unitum.

4. Turris Emath (הַמֵּאָה = Hammea vel forte Mea) inter angulum urbis Ierusalem aquilonarem et portam oviariam. [Tab. 22].

EMER v. Emmer.

EMIM (אֵימִים), gigantes in terra, quae postea Moabitarum erat.

EMMAUS. 1. Emmaus (Ἐμμαούμ), urbs in regione tribus Dan, ab ineunte saeculo tertio p. Chr. Nicopolis appellata, hodie *ʿAmwās*. [13 C 1].

2. Emmaus (Ἐμμαούς), castellum in spatio stadiorum 60 (160?) a Ierusalem, secundum traditionem antiquam *ʿAmwas*. Alii praeferunt *Qulōniye* (v. Culon) 30 stadiis a Ierusalem occidentem versus, alii *Qubeibe* [13 D 1; 18 B 1] 60 stadiis a Ierusalem inter aquilonem et occidentem.

EMMER (אִמֵּר), regio chaldaica; v. Adon.

EMONA (כְּפַר הָעַמֹּנִי), urbs tribus Beniamin, fortasse *Kefr ʿAna* prope *Beitin* (Bethel) aquilonem versus. [13 D 1].

ENAC, ENACIM (עֲנָק, עֲנָקִים), stirps virorum procerae staturae in Chanaan meridionali tempore Abraham et Iosue.

ENAIM (הָעֵינַיִם i. e. duo fontes seu duplex fons), urbs tribus Iuda in prima provincia Sephelae inter Odollam (*Khirbet ʿId el-Ma*) et Thamna (*Tibne*). [Cfr 13 C 2].

ENAN villa (חֲצַר עֵינָן) seu atrium Enon (חֲצַר עֵינוֹן), terminus aquilonaris terrae promissae attingens orientalem. Prope *Baniyas* duo vici *Ḥazare* et *el-Ḥadr* [16 C 1] aliquam nominis similitudinem cum חֲצַר prae se ferunt.

ENDOR (עֵין־דֹּאר, עֵין־דּוֹר i. e. fons Dor), urbs tribus Manasse in territorio Issachar, hodie *ʿEndur* in descensu aquilonari collis vulcanici *Tell el-Adjdjul* austrum versus a monte Thabor. [11 C 4].

ENGADDI (עֵין גֶּדִי i. e. fons hoedi), urbs in deserto Iuda mari Mortuo adiacens, antiquo nomine Asasonthamar (חַצְצוֹן תָּמָר, חַצֲצֹן תָּמָר i. e. amputatio palmae), hodie *ʿAin Djidi* fere in medio litore occidentali maris Mortui ad radicem rupium, quae 20 fere minutis a litore distantes praerupte in altum

assurgunt; fons, a quo nomen loci, ex altitudine 65 m quasi per varios gradus descendit [3 F 1; 4 C 5; 13 E 3; 14 A 3].

ENGALLIM (עין־עגלים i. e. fons duorum vitulorum) in litore maris Mortui, fortasse *'Ain el-Feshkha* in superiore litore occidentali ex humo palustri inter canneta prosiliens. [19 D 3].

ENGANNIM (עין־גנים i. e. fons hortorum).

1. Urbs tribus Iuda in prima provincia Sephelae (Vulgata : Aengannim), hodie *Khirbet Umm Djina* prope *'Ain Shems* (Bethsames 1). [13 C 2].

2. Urbs tribus Issachar, hodie *Djenīn* austrum versus a *Zer'īn* (Iezreel). [11 B 5; 12 D 2].

ENHADDA (עין־חדה i. e. fons acer seu velox), urbs tribus Issachar, fortasse *Kefr Adan* prope *Djenīn* (Engannim 2) inter aquilonem et occidentem. [11 B 5; 12 D 2].

ENHASOR (עין חצור i. e. fons pagi), urbs tribus Nephthali (vel arx Tyriorum), fortasse *Khirbet Hasīre* inter Scalam Tyriorum (*Ras el-Nāqura*) et lacum *Hule*. [11 B 2].

ENNOM (הנם) vallis latus australe et occidentale urbis Ierusalem attingens, *Wadi el-Rababi*. [21 B 3; Tab. 22].

ENON v. Enan.

ENSEMES (עין־שמש, Vulgata interpretatur : Fons Solis), fons in confinibus Iuda et Beniamin, *'Ain el-Hod* (gall. *la source de l'ange*), a christianis dictus fons Apostolorum, viginti minutis a Bethania Iordanem versus [18 D 2; 19 B 2] vel forte *'Ain el-Rawabi* iuxta antiquam viam ierichuntinam, quae per *Wadi el-Rawabī* decurrit.

EPHA (עיפה), gens madianitica, quacum comparatur *Hayapa, Haipa* tribus Arabiae aquilonaris.

EPHER. 1. Epher (עפר), gens madianitica fortasse *'Ofr* in *Nedjed 'Ofr*.

2. Epher terra (ארץ חפר) in aquilonari parte Sephelae quaerenda.

EPHES DAMMIM v. Phesdomim.

EPHESUS (Ἔφεσος), metropolis Ioniae ad ostium Caystri fluminis et mare Icarium inter Smyrnam et Miletum. Prope eius ruinas exstat vicus *Ajasoluk*. [8 E 3].

EPHRA (עפרה). 1. Urbs patria Gedeonis in sorte Manasse cisiordanica, fortasse in *Wadi Far'a* haud procul a *Talluza* in vicinia Sichem. [Cfr 12 E 2. 3].

2. Urbs eadem atque Ophera tribus Beniamin, etiam Ephraim, Ephron, Aphairema, Ephrem appellata, hodie *el-Taiyibe* prope *Beitīn* (Bethel) inter aquilonem et orientem. [4 B 4; 13 D 1].

EPHRAIM (אפרים). 1. Tribus Israel, cuius territorium cingunt Iordanis, tribus Beniamin et Dan, mare Mediterraneum, sors Manasse cisiordanica; sed tractus ille iuxta mare de finibus Ephraim excisus et Danitis attributus est. [4 ABC 3. 4].

2. Ephraim mons inter planitiem Esdrelon et montana Ierusalem; terminus australis assignari potest *Nebi Samuīl* (895 m). [18 BC 2].

3. Ephraim saltus in terra Galaad.

4. Urbs eadem atque Ephra 2.

5. Porta Ephraim in muro urbis Ierusalem aquilonem spectans. [Tab. 22].

EPHRATA (אפרת, אפרתה) cognominantur Bethlehem et Cariathiarim.

EPHREM (Ἐφραίμ), urbs eadem atque Ephra 2 et Aphairema.

EPHRON. 1. Ephron (עפרון), mons in confinibus Iuda et Beniamin inter Nephtoa et Cariathiarim; correspondent iuga montium, quibus ab oriente adiacet *Wādi Hanīnā*, a meridie via Hierosolymis Ioppen ducens. [Cfr 18 BC 2].

2. Urbs eadem atque Ephra 2 et Aphairema.

3. Ephron (Ἐφρών), urbs transiordanica, fortasse eadem ac Gephrus (Polyb. V. 70,12).

ERCHUAEI (ארכויא), gens in Samariam translata, cui fortasse nomen erat ab urbe Arach (vide s. v.).

ERIOCH (Εἰριώχ) probabilius non est nomen campi, sed regis Aelamitarum.

ESAAN (אשען), urbs tribus Iuda in secunda provincia montis, fortasse *el-Simya* inter austrum et occidentem a *Yutta* (Iota) eiusdem provinciae. [13 C 3].

ESCOL vallis (נחל אשכול, Vulgata : Nehelescol, torrens botri, vallis botri) prope Hebronem. Nomen antiquum in memoriam revocant *'Ain Qashqala* fons paucis minutis ab urbe Hebron inter aquilonem et occidentem in vinetis scaturiens et *Wadi Beit Iskāhil* in eadem directione versus *Beit Iskahil* ducens. [13 C 2].

ESDRELON (Ἐσδρηλώμ, Ἐσδρηλών) nomen urbis et planitiei, quae alias Iezrael, Iezrahel (vide s. v.).

ESEM, urbs eadem atque Asem.

ESEQ, puteus v. Calumnia.

ESNA (אשנה), urbs tribus Iuda in tertia provincia Sephelae, vicus *Idna* inter Eleutheropolim et Hebron. [13 C 2].

ESTAOL v. Esthaol.

ESTHAMO, ESTHEMO, ISTEMO (אשתמע, אשתמעה), urbs tribus Iuda in prima provincia montis, vicus *el-Semū'a* tribus horis a Hebron meridiem versus. (4 B 5; 13 C 3).

ESTHAOL, ESTAOL (אשתאול), urbs tribus Iuda in prima provincia Sephelae, vicus *Eshū'a* occidentem versus a Ierusalem et paulo infra Nicopolim (*'Amwas*). (4 B 4; 13 C 1).

ETAM (עיטם). **1**. Urbs tribus Simeon, *Khirbet 'Aitun* ab Eleutheropoli meridiem versus.

2. Urbs tribus Iuda in quinta provincia montis, quaerenda prope fontem *'Ain 'Atan*, qui est unus ex quattuor fontibus in vicina regione lacuum Salomonis sitis prope *Urtas* paulo infra Bethlehem. (20 B 2).

3. Petra Etam, silex Etam est fortasse petra *'Araq Ismā'in* iuxta *Wādi Ismā'in* in regione *'Artuf* (13 C 1), quae in linea recta quinque horas Hierosolymis occidentem versus abest. Alii quaerunt petram Etam prope *Beit 'Atab* in directione austro-orientali ab *'Artuf* (13 C 2), alii prope *'Ain 'Atan*. (20 B 2).

ETHAM (אתם), castrametatio Israelitarum inter Socoth et Mara, urbs vel arx, a qua desertum Etham (3 C 2) nomen habet, fortasse prope ostium illius canalis, qui a Nilo apud Bubasten per *Wādi Tumilat* fluens in lacum *Timsāh* ducit.

ETHAN (איתן) fluvii sunt fluvii perennes.

ETHER, ATHAR (עתר), urbs tribus Iuda (Simeon) in tertia provincia Sephelae, a qua non differunt Thochen, Thalcha, Athach; hodie *Khirbet el-'Atr* prope Eleutheropolim. (13 C 2).

ETROTH (עטרת שופן, Vulgata: Etroth et Sophan), urbs in tribu Ruben, fortasse in vicinitate *Djebel 'Attārus* (14 B 2) quaerenda.

EUPHRATES (פרת, Εὐφράτης) fluvius in montanis Armeniae ex duobus fluviis (*Murad-su* et *Kara-su*) coalescit; haud procul a vico *Korna* cum Tigride coniunctus *Shatt el-'Arab* i. e. flumen Arabum audit et in sinum Persicum effunditur. (Tab. 5).

EZEL (האבן האזל, Vulgata: lapis cui nomen est Ezel), lapis viatorius, secundum quosdam idem ac Lapis adiutorii.

F

FIGULI AGER v. Haceldama.

FLUMEN sine addito in Vetere Testamento interdum designat Nilum vel Euphraten vel etiam Tigridem.

FONS (עין). A fontibus vicinis multa Palaestinae oppida nominata sunt: Aengannim (Engannim), Endor, Engaddi, Engallim, Enhadda, Enhasor, Ensemes seu Fons Solis, Fons Misphat seu Cadesbarne, Enaim (i. e. duo fontes). Praeterea in S. Scriptura memorantur: fons in via Sur in deserto seu puteus Agar (vide Viventis et videntis me scil. puteus), duodecim fontes in Elim, fons in Rebla (v. Ain 1), fons Rogel, fons aquae Nephtoa, fons Taphua, fons Harad, fons invocantis de maxilla (v. Ramath Lechi), fons prope Iezrahel (v. Aphec 4 et Harad), fons Elisei (v. Elisei fons), fons Gihon, fons draconis (v. Draconis fons), fons puteus Iacob (v. Sichar); prope Haran in Mesopotamia erat fons (puteus), ubi Rebecca aquam hauriebat.

FORUM APPII v. Appii forum.

FULLONIS AGER erat prope Ierusalem ad extremum aquaeductus piscinae superioris.

FURNORUM TURRIS, apud Flavium Iosephum Hippicus, Hierosolymis erat inter murum latissimum et portam vallis, probabiliter prope portam anguli. (Tab. 22).

G

GAAS (געש), mons in montanis Ephraim situs, a cuius aquilonari parte erat Thamnathsare (vide s. v.).

GABA v. Gabaa 2.

GABAA (גבעה, גבעא, גבע, Vulgata: Gabaa, Gaba, Gabee, Gabee, Geba).

1. Gabaa (גבעה, גבעא), urbs tribus Iuda in tertia provincia montis, fortasse *Djeba'* inter Eleutheropolim et Bethlehem. (4 B 4; 13 C 2; 20 A 2).

2. Gabaa, Gaba, Gabae, Gabee, Geba גֶּבַע, urbs tribus Beniamin, vicus *Djeba'* a *Makhmas* (Machmas) austrum versus distans et interiecto *Wadi Sueinit* separatus. [13 D 1; 18 D 1; 19 B 1].

3. Gabaa Beniamin (גֶּבַע בִּנְיָמִן. הַגִּבְעָה אֲשֶׁר לְבִנְיָמִן) inter Ierusalem et Rama sita, probabilissime *Tell el-Fûl* (collis fabarum); aliqui praeferunt *Ras et-Tawil* inter *Tell el-Fûl* et *Djeba'*. [18 C 2; 19 A 1; 20 C 1].

4. Gabaa Saulis (גִּבְעַת שָׁאוּל) eadem ac Gabaa Beniamin.

5. Gabaa i. e. collis, in quo erat domus Abinadab prope Cariathiarim vel in ipsa urbe.

6. Gabaa (Γαιβαί), ubi Holofernes castra posuit, secundum aliquos vicus *Djeba'* circa 5 km a Samaria (Sebaste) aquilonem versus. [12 D 2].

7. Gabaa Hachila v. Hachila.

8. Gabaath, urbs tribus Beniamin, fortasse Gabaa Beniamin vel aliqua urbs Gabaath-Cariath vel collis in urbe Cariath(iarim).

9. Gabaath filiorum Beniamin = Gabaa Beniamin.

10. Gabaath Phinees (גִּבְעַת פִּינְחָס), urbs in monte Ephraim, fortasse vicus *Djibya* haud procul a *Tibne* (Thamnathsare?) orientem versus. [12 D 3; 13 D 1].

GABAE v. Gabaa 2.

GABAON גִּבְעוֹן, urbs in tribu Beniamin, vicus *el-Djîb* inter Ierusalem et Bethoron a *Nebi Samwil* aquilonem versus. [4 B 4; 13 D 1; 18 C 1].

GABATHON, GEBBETHON גִּבְּתוֹן, urbs tribus Dan, fortasse *Qibbîye* inter Lyddam et *Khirbet Tibne*. [13 C 1].

GABBATHA Γαββαθᾶ, aram. גַּבְּתָא i. e. locus eminens, locus prope praetorium in Ierusalem, nomine graeco Lithostrotos λιθόστρωτος, quo indicatur solum vel pavimentum eius lapidibus vel tabulis lapideis stratum esse.

GABEE v. Gabaa 2.

GABIM הַגֵּבִים, vicus inter Ierusalem, Gabaam Saulis et Anathoth, ignotus.

GAD גָּד, tribus Israel, media inter Ruben et Manasse transiordanicam, complectens depressionem Iordanis orientalem a mari Mortuo usque ad mare Ceneroth et regionem montanam a Hesebon usque ad Mahanaim. [4 CD 2. 3. 4; cfr 14 B 2].

Gadara Γάδαρα, urbs Decapoleos, metropolis Peraeae, hodie *Umm Qeis* infra fluvium *Yarmuk*. [15 B 1; 16 B 4].

GADARENORUM regio v. Gerasenorum regio.

GADER גֶּדֶר, urbs in regione australi Palaestinae, probabiliter eadem ac Bethgader.

GADEROTH, GIDEROTH גְּדֵרוֹת, urbs tribus Iuda in secunda provincia Sephelae, fortasse eadem quae Cedron et Gedor; v. Cedron 1.

GADEROTHITES הַגְּדֵרָתִי cognominatur Iezabad Beniaminita; eius patria igitur erat Gadera quaedam in tribu Beniamin nusquam alias nominata: fortasse vicus *Djedîre* prope Gabaon et Rama. [18 C 1].

GADGAD הֹר הַגִּדְגָּד i. e. caverna Gidgad, Vulgata: mons Gadgad, statio Israelitarum in deserto, fortasse *Wadi el-Ghadhaghidh* ab occidente vallis *'Araba*. [3 E 2. 3].

GADOR גְּדֹר, urbs, fortasse eadem ac Gerara (*Khirbet Umm Djerâr*) a Gaza meridiem versus in planitie pascuis uberrima. [3 E 1; 4 A 5; 13 A 3].

GALAAD הַגִּלְעָד, terra Galaad, mons Galaad, sensu latissimo tota terra transiordanica, sensu artissimo regio inter fluvios Iaboc et *Yarmuk*, sensu maxime usitato regio inter Arnonem et *Yarmuk*, quae per vallem fluvii Iaboc (*Nahr ez-Zerqa*) in duas partes dividitur: partem meridianam *Belqa*, aquilonarem *Djebel 'Adjlun*. [4 CD 2. 3; Tab. 15].

GALATIA (Γαλατία) sensu strictiore regio Asiae minoris contigua Paphlagoniae, Ponto, Cappadociae, Lycaoniae, Phrygiae, Bithyniae [8 F G 2. 3], sensu latiore provincia romana Galatiae, quae praeter Galatiam proprie dictam etiam complectebatur partes Lycaoniae, Pisidiae, Pamphyliae, Isauriam, quae regno Amyntae ultimi regis Galatiae additae erant.

GALEM Γαλέμ, urbs tribus Iuda in quinta provincia montis, fortasse *Beit Djala* prope Bethlehem. [13 D 2; 20 C 2].

GALGAL, GALGALA גִּלְגָּל i. e. rota.

1. Galgala locus castrorum Israel prope Iericho, ex communi opinione *Tell Djeldjul* 45 minutis orientem versus a *Riha* (Iericho), sed probabilius in faucibus Iericho, ubi duae de montibus valles iunguntur et iunctae in Arabam effunduntur: *Wadi el-Qelt* et *Wadi Tal'at ed-Dam*. [13 E 1; 14 A 1 et cfr 19 CD 1].

2. Galgal urbs, *Djildjuliye* iuxta *Wadi Qana* vel forte *Qilqiliye* paulo magis aquilonem versus. [12 C 3].

3. Galgala, vicus magnus *Djildjilya* inter Bethel et Sichem. [12 D 3].

4. Domus Galgal eadem ac Galgala 3.

GALILAEA גָּלִיל. Γαλιλαία. Galil est regio aquilonaris tribus Nephthali. Aetate machabaica Galilaea iam clare a Iudaea et Samaria distinguitur.

Tempore Christi Galilaea est provincia aquilonaris Palaestinae cisiordanicae, complectitur territoria Aser, Zabulon, Nephthali et partem aquilonarem Issachar; terminos habet ab austro Samariam seu montana Ephraim, ab oriente Iordanem et lacum Tiberiadis, ab aquilone Lita fluvium, supra quem mons Libani assurgit, ab occidente oram phoeniciam seu fines Tyri et Ptolemaidis. (Tab. 11).

GALLIM. **1**. Gallim (גַּלִּים), patria Phaltiel in tribu Beniamin.

2. Gallim (אֶגְלַיִם i. e. duo stagna), locus in parte australi Moab.

Gamala (Γάμαλα apud Flav. Iosephum), urbs munita Gaulanitidis, probabilissime *Djamle* iuxta *Nahr el-Ruqqād*, unius diei itinere orientem versus a lacu Genesareth. (16 C 3; 17 E 2).

GAMZO (גִּמְזוֹ), urbs, hodie vicus *Djimzu* prope Lyddam Diospolim inter austrum et orientem paulo infra viam, quae a Ioppe et Lydda Ierusalem versus ducit. (13 C 1).

GAREB collis (גִּבְעַת גָּרֵב), monticulus prope Ierusalem ad occidentem vallis Ennom situs, qui altitudinem 796 m attingit (21 A 3) et cuius sola pars australis proprio nomine hodie *Djebel abu Tor* vocatur, a peregrinatoribus communiter *mons mali consilii* dictus.

GARIZIM (גְּרִזִים) et **HEBAL** (עֵיבָל), duo montes vicini valle Sichem seiuncti, Garizim (*Djebel el-Tor* 868 m) meridiem, Hebal (*Djebel Eslamiye* 938 m) aquilonem spectans. (12 D 3 et Tabella: Sichem).

GAULON, GOLAN (גּוֹלָן), urbs tribus Manasse transiordanicae, probabiliter vicus *Sahem el-Djolan*. (16 C 3). Gaulanitis eadem fere regio est ac hodie *Djolan* scil. planities iuxta ripam Iordanis orientalem a fontibus Iordanis usque ad lacum Genesareth interiorem. (16 BC 1. 2. 3).

GAVER ascensus (מַעֲלֵה־גוּר) inter Engannim (*Djenin*) et Ieblaam (*Bir Bel'ame*). (11 B 5; 12 D 2).

GAZA (עַזָּה i. e. valida, munita; Γάζα), urbs Philisthaeorum munitissima, assyr. Khazzatu, hodie *Ghazze* cum portu *el-Mine*. (2 C 2; 3 E 1; 4 A 4. 5; 5 B 3; 8 G 5; 13 A 2. 3).

GAZARA seu Gazer, Gazera, Gezer, Gezeron (גֶּזֶר), urbs antiqua Chananaeorum, hodie *Tell Djezer* 10 km a Lydda austrum versus. (4 B 4; 13 C 1).

GAZER. **1**. Urbs eadem ac Gazara.
2. Urbs eadem ac Iazer.

GAZERA v. Gazara.

GEBA v. Gabaa 2.

GEBAL (גְּבָל i. e. montanum), regio eadem ac terra Edom seu mons Seir, Gebalene. Nomine *Djebāl* hodie designatur regio montana austrum versus a *Wādi el-Hasā*. (14 A 5).

GEBAL, urbs Syriae v. Giblii.

GEBBAR (גִּבָּר) legitur Esdr. 2,20 pro Gabaon.

GEBBETHON v. Gabathon.

GEDERA (הַגְּדֵרָה), urbs tribus Iuda in prima provincia Sephelae, fortasse *Qatra* inter austrum et orientem a Iamnia (13 B 1), ex aliorum autem opinione *Khirbet Djedīre* a Diospoli (Lydda) inter austrum et orientem nec procul ab *ʿAmwās*.

GEDEROTHAIM (גְּדֵרֹתַיִם i. e. duae caulae), urbs tribus Iuda in prima provincia Sephelae vel forte nomen complexivum duarum urbium vicinarum (Gedor vel Gedera).

GEDOR (גְּדוֹר). **1**. Urbs tribus Iuda in quarta provincia montis, *Khirbet Djedūr* inter Bethlehem et Hebron occidentem versus a via, quae has urbes iungit. (4 B 4; 13 D 2).

2. Urbs quae cum Gedera (vide s. v.) constituebat Gederothaim (vide s. v.).

3. Patria Ieroham Beniaminitae (in tribu Beniamin vel forte illa Gedor 1 in tribu Iuda).

4. Urbs Iudaeae, eadem ac Cedron 1.

GEENNOM i. e. vallis Ennom v. Ennom.

GEHON (גִּיחוֹן), secundus fluvius paradisi. A nonnullis coniicitur esse Choaspes (5 E 2. 3), ab aliis autem Nilus.

GELBOE (גִּלְבֹּעַ), mons vel montes in tribu Issachar, *Djebel Fuqu'a*, in quo vicus *Djelbon* nomen antiquum conservat. (11 C 4. 5; 12 E 1. 2).

GENESAR v. Genesareth.

GENESARETH. **1**. Genesareth stagnum (ἡ λίμνη Γεννησαρέτ), mare Galilaeae vel Tiberiadis, mare sine addito, aqua Genesar (Γεννησάρ), in Vetere Testamento mare Cenereth (כִּנֶּרֶת), mare Ceneroth (כִּנְּרוֹת), hodie *Bahr el-Tabariye*. (Tab. 17).

2. Genesareth, Genesar (Γεννησαρέτ) terra, in Vetere Testamento universa Cenneroth (כָּל־כִּנְּרוֹת), ad quam refertur urbs Cenereth (כִּנֶּרֶת); hodie planities *el-Ghuweir* seu parvum *Ghor*. (17 C 1. 2).

GERARA (גְּרָר), urbs in termino Chanaan meridionali, ruinae *Umm Djerar* 10 km a Gaza austrum versus. (3 E 1; 4 A 5; 13 A 3).

Gerasa (Γέρασα), urbs Decapoleos in Galaad, hodie *Djerash*. (15 C 2).

GERASENORUM (Γερασηνῶν, al. Γαδαρηνῶν) regio ad lacum Genesareth, probabiliter regio circa *Qal'at el-Hôṣn* inter *Susiye* (Hippos) et lacum Genesareth.

GERGESAEUS גִּרְגָּשִׁי, gens chanaanitica ad occidentem Iordanis, assyr. fortasse Kirkishati.

GERRENI Γερρηνοί inter Seleucidarum et Aegyptiorum regna referendi videntur ad urbem Gerara.

GERZI גִּרְזִי vel גִּזְרִי, gens meridiei Iuda contermina, quam aliqui cum Gerrenis componunt.

GESSEN גֹּשֶׁן, regio in parte orientali Aegypti inferioris. [2 B 2].

GESSUR (גְּשׁוּר), **GESSURI** הַגְּשׁוּרִי, gens aramaica in ea fere regione, quae hodie *Djeidur* audit. [16 CD 1. 2].

GESSURI (הַגְּשׁוּרִי), regio ad meridiem Pentapoleos philisthaicae.

GETH גַּת (i. e. torcular), una ex urbibus Pentapoleos philisthaicae, fortasse *Khirbet Dhikrîn* 7 km ab Eleutheropoli Lyddam versus vel secundum alios *Tell el-Ṣâfiye* (sed v. Masepha) paulo remotius ab Eleutheropoli in eadem directione vel forte ipsa Eleutheropolis. [13 C 2].

GETH hereditas vide s. v. Morasthites.

GETH quae est in Opher v. Gethhepher.

GETHAIM גִּתַּיִם (i. e. duo torcularia), urbs tribus Beniamin vel non longe a finibus Beniamin distans.

GETHER גֶּתֶר, gens aramaica, probabiliter in Mesopotamia.

GETHHEPHER גַּת הַחֵפֶר, גַּת חֵפֶר (i. e. torcular putei), urbs in finibus Zabulon, vicus *el-Meshhed* prope Nazareth inter aquilonem et orientem. [1 B 4].

GETHREMMON גַּת רִמּוֹן (i. e. torcular mali granati vel forte torcular excelsum).

1. Urbs tribus Dan; fortasse non differt a Gethaim.
2. Gethremmon Ios. 21,25 mendose pro Ieblaam.

GETHSEMANI Γεθσημανεί, Γεθσημανῆ, villa seu praedium ad ripam sinistram torrentis Cedron. [21 B 2].

GEZER, GEZERON v. Gazara.

GIBLII הַגִּבְלִי, incolae Gebal (גְּבַל), quae urbs apud Graecos est Byblos inter Berytum et Tripolim, assyr. Guubli, Gubla, in documentis *Tell el-'Amarna* Gubla, Kuubli, aegypt. Kupn, Kupni, Kupuna, hodie *Djebeil*. [9 A 3].

GIDEROTH v. Gaderoth.

GIHON גִּיחוֹן, גִּחֹן, aquae sive ex fonte manantes sive in piscina ex aquaeductu vel ex pluviis collectae.

1. Gihon inferior in valle Hinnom et quidem in parte vallis superiore, quae hodie *Wâdi el-Meis* audit, quaerenda videtur, fortasse infra piscinam serpentum *Birket el-Sulṭân*. [Tab. 22].
2. Gihon superior probabiliter in parte urbis Ierusalem occidentali vel etiam in aquilonari quaerenda videtur.

GILO גִּלֹה, urbs tribus Iuda in prima provincia montis; coniicitur esse *Khirbet Djâlâ* prope *Ḥalḥul* inter aquilonem et occidentem [13 D 2; 20 A 3]; sed obstat quod Halhul ad quartam provinciam montis Iuda pertinet.

GNIDUS, GNYDUS Κνίδος, urbs maritima Cariae. [8 E 3].

GOATHA גֹּעָתָה, locus quidam ad latus urbis Ierusalem occidentale et austrum versus a colle Gareb.

GOB גּוֹב, גֹּב, locus duarum pugnarum inter milites Davidis et Philisthaeos; est ignotus vel fortasse mendum pro Geth vel pro Gazer.

GOLAN v. Gaulon.

GOLGOTHA Γολγοθᾶ, collis, ubi Christus crucifixus est (v. Calvaria).

GOMER גֹּמֶר, gens iaphethica, probabiliter Cimmerii, assyr. Gimirrai. [1 B 1].

GOMORRHA עֲמֹרָה, Γόμορρα, urbs Pentapoleos in valle Siddim.

GORTYNA Γόρτυνα, urbs Cretae in media fere insula versus litus australe, ad quam pertinebant duo portus Matalon et Lebena. [8 E 4].

GOSEN גֹּשֶׁן, urbs et regio in meridiana parte montis Iuda.

GOZAM, GOZAN גּוֹזָן, regio Assyriae, Gauzanitis flumini Chaborae adiacens, assyr. Guzana, hodie *Kaushan*. [5 C 1].

GRAECI, GRAECIA οἱ Ἕλληνες, ἡ Ἑλλάς. His vocibus designantur paeninsula Graecia proprie dicta [8 D 2. 3], regnum macedonico-graecum, regnum syro-macedonicum a Seleuco Nicatore fundatum, denique omnes gentiles graecis moribus imbuti.

GURBAAL גּוּר־בַּעַל (i. e. hospitium Baal), sedes Arabum inter Palaestinam et paeninsulam Arabiae.

H

HABITATIO PULCHRA v. Saphir.

HABOR חָבוֹר, fluvius Mesopotamiae superioris, Chaboras Graecorum, *Khābūr*. [5 C 1. 2].

HACELDAMA Ἀκελδαμάχ i. e. ager sanguinis chald. חקל דמא, ager figuli. hodie *Haqq el-Dam* a meridie urbis Ierusalem in ascensu australi vallis Hinnom. [21 B 3; Tab. 22].

HACHILA collis גִּבְעַת הַחֲכִילָה, in Vulgata etiam Gabaa Hachila, in deserto Ziph, fortasse *Khirbet Khoreisa* ad meridiem *Zif*. (Cfr 13 D 3).

HADAD חֲדַד, gens ismaelitica.

HADASSA חֲדָשָׁה i. e. nova scil. urbs, urbs tribus Iuda in secunda provincia Sephelae, fortasse *'Abdis* orientem versus ab Ascalon. [13 B 2].

HADID, eadem urbs atque Adiada, Addus.

HADRACH חַדְרָךְ, urbs Syriae haud procul a monte Libano aquilonem versus, probabiliter eadem, quae assyr. Hatarika, Hatarikka, Hatarakka.

HAI הָעַי cum articulo i. e. acervus ruderum, urbs in tribu Beniamin iuxta Bethaven ad orientem Bethel, probabiliter *el-Tell* vel forte *Khirbet Haiyan*. [13 D 1; 18 D 1].

HALA חלח, regio assyriaca, fortasse Chalcitis Mesopotamiae in finibus fluviorum Chaborae et Saocorae vel forte Balichitis regio denominata a Bilecha (*Belikh*) fluvio. [5 C 1].

HALCATH, HELCATH חֶלְקַת, urbs tribus Aser, *Yerka* haud procul ab Accho. [11 B 3]

HALHUL חַלְחוּל, urbs tribus Iuda in quarta provincia montis, *Halhul* a Hebron aquilonem versus prope Bethsur. [4 B 4; 13 D 2; 20 B 3].

HALICARNASSUS Ἁλικαρνασσός, urbs praecipua Cariae ad sinum Ceramicum sita, hodie *Budrun*. [8 E 3].

HAM הָם, urbs praecipua Zuzim, fortasse *Ham* in montibus *'Adjlun*.

HAMATHAEUS v. Amathaeus et Emath.

HAMMOTH DOR חַמֹּת דֹּאר i. e. thermae Dor, urbs in tribu Nephthali, etiam appellata Emath חַמַּת, Hamon חַמּוֹן, fortasse Ammathus Flavii Iosephi, thermae *el-Hammām* iuxta lacum Genesareth dimidiae fere horae spatio infra Tiberiadem. [11 C 3].

HAMON v. Hammoth Dor.

HAMON חַמּוֹן, urbs tribus Aser, fortasse *Khirbet Umm el-Amūd* ad septemtrionem Scalae Tyriorum; vestigium nominis cernitur in *'Ain el-Hāmūl* et *Wadi el-Hāmūl* meridiem versus ab istis ruinis. [11 B 2].

HANATHON חַנָּתֹן, urbs in termino septemtrionali tribus Zabulon, vicus *Kefr 'Anan* ad orientem *el-Rame* in finibus utriusque Galilaeae, superioris et inferioris. [4 C 2; 11 C 3].

HANES חָנֵס, urbs aegyptiaca Khinensu, assyr. Khininshi, copt. Hnes, apud Graecos Heracleopolis magna, arab. *Ahnas*. [2 B 2].

HAPHARAIM (חֲפָרַיִם), urbs tribus Issachar, fortasse *Khirbet el-Farrīye* inter montem Carmel et Legionem (*Ledjdjun*). [11 B 4].

HARAD חֲרֹד, fons, *'Ain Djalud* ad orientem urbis Iezrael. [11 C 4; 12 E 1].

HARAN (חָרָן), urbs Mesopotamiae, assyr. Kharran, apud Graecos Κάρραι, apud Latinos Carrhae, iuxta fluvium Bilecham. [5 C 1; 8 H 3].

HARES חֶרֶס, ascensus prope Soccoth ab oriente Iordanis; sed Vulgata: ante ortum solis.

HARES mons v. Bethsames 1.

HARET חֶרֶת, saltus in tribu Iuda, fortasse vicus *Kharas* inter Odollam (*'Id el-Ma*) et Halhul. [13 C 2].

HARIM, HAREM חָרִם, urbs Iudaeae, ut videtur.

HARMA v. Horma 1.

HARODI (חֲרֹדִי), cognomen, quo indicari videtur urbs Harod.

HAROSETH חֲרֹשֶׁת, plenius Haroseth gentium, arx munita, *el Harathiye* ad ripam dexteram

torrentis Cison in angustiis, quibus planities Esdrelon a planitie Ptolemaidis seiungitur. [4 B 4].

HARUPHITES חרופי. Qeri חריפי, cognomen Beniaminitae, quo indicari videtur eius urbs patria Haruph vel Hariph.

HASARSUHAL, HASERSUAL חצר שועל (i. e. pagus vulpis), urbs tribus Iuda in Negeb, tribui Simeon attributa.

HASARSUSIM, HASERSUSA (חצר סוסה, חצר סוסים i. e. pagus equorum), urbs tribus Simeon in Negeb; probabiliter eadem ac Sensenna.

HASEROTH (חצרות, חצרת), statio Israelitarum inter Sepulcra concupiscentiae et Bethma, *ʿAin Khadra* a monte Sinai circiter 18 horis distans inter aquilonem et orientem nec procul a sinu Aelanitico in via, quae *ʿAqaba* versus ducit. [3 E 4].

HASERSUAL v. Hasarsuhal.

HASERSUSA v. Hasarsusim.

HASSEMON (חשמון), urbs tribus Iuda in Negeb; fortasse eadem quae Asemona.

HAVOTH IAIR (חות יאיר i. e. oppida Iair).

1. Urbes 23 in Galaad, quas Iair filius Segub expugnavit.

2. Urbes 60 in Argob tractu regionis Basan, ab eodem Iair expugnatae; vocantur etiam Basan Havoth Iair.

3. Urbes 30, quibus praeerant 30 filii iudicis Iair Galaaditae; sunt hae 30 urbes eaedem ac 23 priores (n. 1) auctae nonnullis aliis fortasse e numero illarum 60 Havoth Iair in Argob (Basan). [4 D 2. 3].

HEBAL mons vide s. v. Garizim.

HEBRON (חברון), urbs in monte Iuda, etiam Mambre appellata, antiquitus Cariatharbe, hodie *el-Khalil* in *Wadi el-Khalil*. [4 B 4; 13 D 2].

HEBRONA (עברנה), statio Israelitarum inter Asiongaber et Ietebatha, hinc aquilonem versus ab Asiongaber.

HELAM (חילם), urbs inter Iordanem et Euphraten.

HELBA (חלבה), urbs tribus Aser.

HELBON (חלבון), urbs Syriae, regio prope hodiernum vicum *Halbun* circa 20 km a Damasco inter aquilonem et occidentem in ascensu Antilibani. [9 A 4; 10 E 2].

HELCATH v. Halcath.

HELCATH HA-SURIM (חלקת הצרים), campus iuxta piscinam Gabaon. Vulgata interpretatur: Ager robustorum. LXX Μερὶς τῶν ἐπιβούλων seu portio insidiosorum (הצדים).

HELEPH (חלף), urbs a qua terminus tribus Nephthali initium sumit; coniicitur esse *Beit Lif* orientem versus a Scala Tyriorum. [4 B 2]. Sed probabilius מחלף est pagus commutatorius ad austrum lacus Tiberiadis Nephthalitis concessus. [4 C 2].

HELIOPOLIS (אן, און), metropolis nomi tertii decimi in Aegypto inferiore, copt. Un, On, in documentis hieroglyphicis An, Anu. [2 B 2].

Heliopolis (Ἡλιούπολις), urbs Syriae, hodie *Baʿalbek* in planitie *el-Beqaʿa* inter Libanum et Antilibanum ibi fere, ubi aquarum divortium est et *Nahr el-Litani* (Lita) meridiem versus, *Nahr el-ʿAsi* (Orontes) aquilonem versus defluunt. [9 A 3. 4; 10 E 1]. Cum *Baʿalbek* a nonnullis componebantur variae urbes biblicae: Baalath, Baalgad, Baal Hamon, Thebath, Aven.

HELLAS (Ἑλλάς) v. Graecia.

HELMONDEBLATHAIM v. Deblathaim.

HELON urbs v. Holon.

HELON scribitur in Vulgata 1 Par. 6,69 urbs Aialon 1.

HELON (חלון), urbs Moab ad aquilonem Arnonis fluvii.

HEMATH v. Emath.

HENOCH (חנוך), urbs, quam Cain aedificavit et nomine filii sui Henoch appellavit.

HERMA urbs v. Horma 1.

HERMON (חרמון), mons, terminus aquilonaris Palaestinae transiordanicae, *Djebel el-Sheikh* (mons aetate provecti seu albis capillis ornati) seu *Djebel el-Teldj* (mons nivis), fere 2800 m supra mare. [4 D 1; 9 A 4; 10 CD 3].

HESEBON (חשבון), urbs in confinibus Ruben et Gad, *Hesban*. [4 C 4; 13 F 1; 14 B 1; 15 B 4].

HESER urbs v. Asor 1.

HESMONA (חשמנה), statio Israelitarum inter Methca et Moseroth.

HESRON (חצרון). **1.** Urbs in termino meridionali tribus Iuda inter Cadesbarne et Addar.

2. Carioth Hesron v. Carioth.

HETHAEI (חת, חתי), gens a Chanaan prognata, aegypt. Cheta, assyr. Khatti. [5 B 1. 2].

HETHALON (חֶתְלֹן) in termino aquilonari terrae sanctae, fortasse *ʿAdlûn*, antiqua Ornithopolis, aquilonem versus a *Nahr el-Qâsimîye*. [10 A 3].

HETTHIM terra i. e. Hethaeorum.

HEVAEI. **1**. Hevaei (חִוִּי), gens Chanaane orta, pars Amorrhaeorum.

2. Hevaei (עַוִּים) habitantes in tuguriis, a Philisthaeis pulsi, tempore autem Iosue ad austrum Pentapoleos philisthaicae usque ad torrentem Aegypti incolentes.

3. Hevaei, incolae urbis Ava; v. Ava.

HEVILA, HEVILATH (חֲוִילָה). **1**. Terra Hevilath, quam circuit Phison (vide s. v. fluvius paradisi).

2. Gens cushitica, cuius vestigium prae se ferunt sinus Avalites et gens Avalitarum a meridie freti *Bab el-Mandeb* in litore Africae. [1 C 4].

3. Gens Iectan, fortasse regio *Khaulan* in *Yemen*.

HIERAPOLIS (Ἱεράπολις), urbs Phrygiae Colossis vicina. [8 F 3].

Hieromax vel forte rectius Hieromices, tributarius Iordanis inter Galaad et Basan, *Yarmuk*, *Sheri'at el-Menadire* (15 ABC 1; 16 BC 3.4; 17 CD 2 3).

Hippus (Ἵππος), urbs Decapoleos, apud rabbinos Susitha, hodie *Susiye* prope *Qal'at el-Hosn* ad orientem lacus Genesareth. [16 B 3; 17 CD 2].

HIRSEMES urbs v. Bethsames 1.

HISPANIA (Ἱσπανία, Σπανία), provincia romana. De Hispania baetica v. Tharsis.

HOBA (חוֹבָה), urbs ad septemtrionem Damasci, fortasse vicus *el-Qabun* ad radices Antilibani dimidia fere hora a Damasco aquilonem versus. [10 E 2].

HODSI (חָדְשִׁי) vel potius Cades urbs principalis Hethaeorum ad Orontem fluvium haud longe a Hemesa (*Homs*) meridiem versus, ubi nunc *Tell Mendau*, antiquitus Laodicea Scabiosa. [9 B 3].

HOLON, OLON, HELON (חֹלֹן, חֹלוֹן), urbs tribus Iuda in prima provincia montis.

HOR (הֹר). **1**. Mons, ubi Aaron mortuus est, statio Israelitarum, ex traditione *Djebel Nebi Harun* prope Petram (3 F 2), sed probabilius occidentem versus a valle *ʿAraba*, austrum versus a Negeb aquilonem versus a Cades, in extremitate occidentali vel aquilonari terrae Edom.

2. Mons altissimus (Vulgata) in termino aquilonari terrae Chanaan inter mare Mediterraneum et introitum Emath, probabilissime extremus Libanus meridionalis seu *Djebel el-Shuqif*, qui fere directe 570 m supra *Nahr el-Qâsimîye* assurgit. [10 B 3]. Ibidem inveniuntur *Khirbet Har* ad meridiem fluvii *Qâsimîye* prope Tyrum et *Khirbet Hara* ad orientem anguli recti, quo fluvius versus mare Mediterraneum flectitur.

HOREB (חֹרֵב, חֹרֵב), mons idem ac Sinai; sed sensu artiore nomen Horeb designare videtur tractum minus altum septemtrionem versus protensum.

HOREM (חֳרֵם), urbs in tribu Nephthali, vel *Khirbet Hara* inter lacum *Hule* et Tyrum vel forte *Khirbet Harra* inter lacum *Hule* et Cedes Nephthali. [11 C 2].

HORMA. **1**. Horma (חָרְמָה) seu Harma, Herma, Arama, primitus Sephaath, urbs tribus Iuda (Simeon) in Negeb, *Sbeita* circa 40 km ab *ʿAin Qadis* aquilonem versus et circa 26 km a *Khalasa* (Elusa) austrum versus. [3 E 2].

2. Horma (הַחֳרְמָה cum articulo i. e. excelsa), urbs tribus Aser, fortasse vicus *Rame* 16 km a Tyro inter austrum et orientem [11 B 2], nisi forte הַחֳרְמָה emendandum sit הַיָּמָּה i. e. occidentem versus.

HORTUS OZA v. Oza.

HOSA. **1**. Hosa (חֹסָה), urbs tribus Aser, nisi forte emendandum sit חֹפָה vel חוֹפָה i. e. ad litus maris.

2. Hosa (חוּשָׁה), fortasse nomen loci in tribu Iuda.

HUCAC urbs v. Halcath.

HUCUCA (חוּקֹק), urbs in confinibus Zabulon et Nephthali, vicus *Yaquq* 10 km a Capharnaum occidentem versus. [4 C 2; 11 C 3].

HUL (חוּל), gens aramaea forte circa montem Masium (5 C 1).

HUS (עוּץ). **1**. Gens aramaea, cui Flav. Iosephus (Ant. I. 6, 4) Trachonitidem et Damascum assignat.

2. Terra Ausitis (patria Iob); hodie quoque exstat monasterium Iob prope *Nawa* in regione *Nuqra* in *Hauran* (16 C 3).

HUZAL v. Uzal.

I

IABES (יַעְבֵּץ), urbs in tribu Iuda.

IABES (יָבֵשׁ, יָבֵישׁ), **IABES GALAAD** (יָבֵשׁ גִּלְעָד), urbs in regione *Wādi Yābis*, qui torrens ab oriente in Iordanem desinit haud longe infra Bethsan; quaeritur vel in ruinis *el-Deir* a meridie torrentis *Yābis* vel prope *Kefr Abīl* ab aquilone eiusdem torrentis. [4 C 3; 15 B 2; 16 B 5].

IABNIA (יַבְנְאֵה), eadem urbs atque Iamnia.

IABOC, IEBOC (יַבֹּק), fluvius, qui terram Galaad, si latiore sensu accipitur, mediam fere intersecat. Iaboc superior (*Nahr ʿAmmān*) prope urbem Rabbath Ammon originem ducit, cursum inter aquilonem et orientem dirigens est terminus orientalis tribus Gad, a castello *Qalʿat el-Zerqā* autem magis magisque ad occidentem vergit et novum quoque nomen *Nahr el-Zerqā* assumit; ab eius meridie hodie est provincia *Belqa*, ab aquilone provincia *ʿAdjlūn*. [4 CD 3; 15 ABC 3].

IACAN v. Beneiaacan.

IACHANAN CARMELI v. Iecnam.

IADASON (Ὑδάσπης), fluvius, fortasse idem atque Ulai, Eulaeus, hodie *Karun*. [5 E 3].

IAGUR (יָגוּר), urbs in meridie (Negeb) tribus Iuda.

IAMBRI (Ἰαμβρί), gens quaedam in urbe Medaba; sed fortasse pro filiis Iambri substituendi sunt filii (posteri) Amorrhaeorum.

IAMNIA (Ἰάμνεια, Ἰάμνια), urbs in planitie Philisthaeae, hodie vicus *Yebna*. Ab urbe mediterranea distinguebatur portus, apud Latinos Maiumas Iamniae, hodie *Mīnet Rubin* paulo infra ostium *Nahr Rubin*. [13 B 4].

IANOE. 1. Ianoe (יָנוֹחָה), urbs in termino septemtrionali tribus Ephraim orientem versus, *Khirbet Yanun* inter meridiem et orientem a *Nabulus* (Sichem) nec procul ab *ʿAqrabe*. [4 C 3; 12 E 3].

2. Ianoe (יָנוֹחַ), urbs in Galilaea superiore, fortasse vicus *Yānūḥ* ad orientem Tyri. [11 B 1].

IANUM (יָנוּם), urbs tribus Iuda in secunda provincia montis.

IAPHETH. 1. Iapheth (יֶפֶת), filius Noe, pater septem populorum Gomer, Magog, Madai, Iavan, Thubal, Mosoch, Thiras.

2. Iapheth (Ἰάφεθ), regio, ad quam usque Holofernes cum exercitu suo progressus est.

IAPHIE (יָפִיעַ), urbs in termino Zabulon, vicus *Yāfā* prope Nazareth inter meridiem et occidentem, fortasse idem ac vicus Iapha Galilaeae inferioris maximus, a Flavio Iosepho occupatus, a Tito expugnatus. [11 B 4].

IARAMOTH (יַרְמוּת), urbs tribus Issachar.

IARE (יֶרַח), gens a quarto filio Iectan descendens in Arabia meridionali.

IAREPHEL (יִרְפְּאֵל), urbs tribus Beniamin, vicus *Rafāt* prope *el-Djīb* (Gabaon) aquilonem versus. [13 D 1; 18 C 1].

IARIM mons (הַר־יְעָרִים) in termino aquilonari tribus Iuda occidentem versus, ille mons, in cuius latere seu humero vicus Cheslon situs est, vel forte mons silvarum, in quo erat Cariathiarim.

IASA, IASSA (יַהַץ), urbs in planitie montana Moab.

IASER (Ios. 21,36 יַהְצָה), eadem urbs ac Iasa.

IASER, eadem urbs ac Iazer.

IASSA v. Iasa.

IAVAN (יָוָן). **1.** Gens a filio Iapheth descendens, Iones vel Graeci. [1 A 2].

2. Iavan Ez. 27,19 coniicitur esse regio quaedam Arabiae felicis vel colonia mercatorum Ioniae in Arabia meridionali. Sed textus est dubius.

IAZER, IASER, IEZER (יַעְזֵר, יַעְזֵיר, יַעֲזֵיר), urbs in parte Galaad inferiore ad occidentem Philadelphiae, cui correspondere videntur *Khirbet Ṣār* a sinistris et *Khirbet Ṣār* a dextris *Wādi el-Ṣār*, quae vallis in *Wādi el-Kefrein* decurrit. [4 C 4; 13 F 1; 15 B 4].

ICONIUM (Ἰκόνιον), urbs Lycaoniae, hodie *Konia* in regione frugifera ad radices Tauri. [8 G 3].

IDUMAEA v. Edom.

IEABARIM v. Iieabarim.

IEBLAAM (יִבְלְעָם), urbs tribus Manasse cisiordanicae in territorio Issachar. *Bir Bel'ame* ad meridiem *Djenīn*. [4 B 3; 11 B 5; 12 D 2].

IEBNAEL (יַבְנְאֵל), urbs tribus Nephthali, *Yemma* inter montem Thabor et lacum Genesareth inferiorem. [4 C 2; 11 C 4; 17 C 2].

IEBNEEL (יַבְנְאֵל), eadem urbs ac Iamnia.

IEBOC v. Iaboc.

IEBUS (יְבוּס), nomen, quo urbs iam ante occupationem israeliticam Ierusalem dicta ab incolis Iebusaeis videtur appellata esse.

IEBUSAEI (יְבוּסִי, יְבֻסִי), gens Chanaanitarum, cuius arx praecipua erat Iebus.

IECMAAM, IECMAAN (יָקְמְעָם), urbs tribus Ephraim Iordanem versus, probabiliter eadem ac Cibsaim.

IECNAM (יָקְנְעָם), urbs tribus Zabulon prope torrentem, ad quem terminus Zabulon pervenit, etiam Iachanan Carmeli dicta, Kammona Eusebii, *Tell Qaimun* ab oriente Carmeli inter Cisonem et *Wadi el-Milh*. [4 B 2; 11 B 4].

IECONAM, eadem urbs ac Iecnam.

IECSAN (יָקְשָׁן), filius Abrahae ex Cetura, pater Saba et Dadan.

IECTAN (יָקְטָן), pater tredecim tribuum semiticarum in Arabia meridionali, arab. *Qahhtan*. [1 C 4].

IECTEHEL (יָקְתְאֵל i. e. a Deo subactum vel forte bravium Dei vel protectio Dei), nomen symbolicum urbis Petra.

IECTHEL (יָקְתְאֵל), urbs tribus Iuda in secunda provincia Sephelae.

IEDALA (יִדְאֲלָה), urbs tribus Zabulon, fortasse vicus *Djeida* circa 5 km a *Beit Lahm* austrum versus. [11 B 4].

IEGBAA (יָגְבְּהָה), urbs transiordanica, *Adjbeihat Djubeihat*, circa 12 km a Rabbath Ammon inter aquilonem et occidentem. [4 D 3; 15 C 3].

IEMNAA (Ἰεμνά), eadem urbs ac Iamnia.

IEPHLETI (יַפְלֵטִי i. e. Iaphletita), terminus Iephleti seu rectius Iephletitae erat in confinibus Ephraim et Beniamin prope Bethoron inferiorem.

IEPHTAHEL, IEPHTHAEL vallis (גֵּי יִפְתַּח־אֵל i. e. vallis, quam Deus aperit) in confinibus Zabulon et Aser (et Nephthali), probabiliter limes inter Galilaeam inferiorem, quae collibus impletur, et superiorem, quae est altior. Dividit enim Galilaeam inferiorem a superiore continua illa ab oriente ad occidentem vallis, cuius clavis veluti est Rama Galilaeae. [Cfr 4 BC 2; 11 C 3].

IEPHTHA (יִפְתָּח), urbs tribus Iuda in tertia provincia Sephelae.

IERALA (יִרְאֲלָה), eadem urbs ac Iedala.

IERAMEEL (יְרַחְמְאֵל), gens in austro Iuda.

IERCAAM (יָרְקְעָם) vel nomen viri ex posteris Caleb filii Hesron vel forte nomen urbis prope Hebron.

IERICHO (יְרִחוֹ, יְרֵחוֹ, יְרִיחוֹ; Ἱεριχώ, Ἱερειχώ), urbs nobilis in tribu Beniamin haud procul a mari Mortuo et Iordane inferiore, *el-Riha*. [4 C 4; 13 E 1; 14 A 1; 19 D 1].

IERIMOTH (יַרְמוּת), urbs tribus Iuda in prima provincia Sephelae 10 mil. pass. ab Eleutheropoli Ierusalem versus, *Khirbet Yarmuq*. [4 B 4; 13 C 2].

IERIMUTH, eadem urbs ac Ierimoth.

IERON (יִרְאוֹן), urbs in confinibus Aser et Nephthali, *Yarun* medio fere intervallo inter lacum *Hule* et Scalam Tyriorum. [4 C 1; 11 C 2].

IEROSOLYMA v. Ierusalem.

IERUEL solitudo (מִדְבַּר יְרוּאֵל), pars quaedam deserti Iuda inter Engaddi et desertum Thecue.

IERUSALEM, Ierosolyma, Hierosolyma (יְרוּשָׁלַםִ et rarius יְרוּשָׁלַיִם, Ἰερουσαλήμ), urbs tribui Beniamin attributa, sed a Davide tandem Iebusaeis erepta, caput regni, a mari Mediterraneo 52 km, a Iordane 30 km distans, hodie *el-Quds*. [Tab. 22 secundum L. Fonck apud M. Hagen, Lexicon biblicum s. v. Ierusalem].

IESANA (יְשָׁנָה), urbs in vicinia Bethel et Ephron, *'Ain Sinya* circa 5 km a Bethel aquilonem versus. [13 D 1].

IESBOC (יִשְׁבָּק), gens ab Abraham et Cetura descendens, fortasse assyr. Iasbuq.

IESIMON (יְשִׁימוֹן) significat vastitatem et cum articulo speciatim partem deserti Iuda prope Ziph et parvam planitiem circa Bethiesimoth prope mare Mortuum inter aquilonem et orientem.

IESSE (Γεσέμ) terra v. Gessen.

IESUE ישׁוּע, urbs tribus Iuda in Negeb, *Tell el-Sa'we* ad orientem Bersabee. [4 B 5; 13 C 4].

IETA (יֻטָּה) v. Iota.

IETEBA (יָטְבָה), urbs Iudaeae, fortasse *Yetma* 7 km a *Seilun* (Silo) aquilonem versus. [12 D 3].

IETEBATHA (יָטְבָתָה), statio Israelitarum inter Gadgad et Hebrona ad occidentem vallis *'Araba*.

IETHELA (יִתְלָה), urbs tribus Dan, fortasse *Beit Tul* prope *Yalo* Ierusalem versus. [Cfr 13 C 4].

IETHER (יַתִּיר, יַתִּר), urbs tribus Iuda in prima provincia montis, *Khirbet 'Attir* fere inter Hebron et Bersabee. [4 B 5; 13 C 3].

IETHNAM (יִתְנָן), urbs tribus Iuda in Negeb.

IETHSON in Vulgata Ios. 21,36 est mendum pro Cademoth.

IETHUR, IETUR v. Ituraea.

IEZER v. Iazer.

IEZRAEL (יִזְרְעֶאל), urbs tribus Iuda in tertia provincia montis.

IEZRAEL, IEZRAHEL (יִזְרְעֶאל, יִזְרְעֶאלָ), urbs tribus Issachar, sedes regum Israel, in planitie Iezrahel seu Esdrelon. Nomen urbis est *Zer'in*, nomen planitiei *Merdj ibn 'Amir*. [11 B 4].

IIEABARIM, IEABARIM (עִיֵּי הָעֲבָרִים) i. e. 'Iyyim terrae transiordanicae, ut distinguatur ab 'Iyyim seu Iim tribus Iuda), statio Israelitarum in termino Moab seu accuratius in solitudine, quae respicit Moab contra orientalem plagam, fortasse Gaia Eusebii et Aia in tabula geographica Medabae, quaerenda inter *Kerak* et *Wadi el-Hasa*. [Cfr 13 F 4; 14 B 4].

IIM (עִיִּים i. e. rudera, ruinae), urbs tribus Iuda in Negeb.

ILLYRICUM (Ἰλλυρικόν), regio ad litus orientale maris Adriatici, antiquitus ab anno 229 a. Chr. regio inter Epirum et Dalmatiam, postea amplior terrae tractus usque ad Daciam, Moesiam et fines meridionales Dalmatiae. [8 BC 1. 2].

INCENSIO (תַּבְעֵרָה), commoratio (non statio proprie dicta) Israelitarum inter montem Sinai et Sepulcra concupiscentiae.

INDIA (הֹדּוּ), regio quam Indus fluvius permeat.

INDORUM regio (ἡ Ἰνδική) 1 Mach. 8,8 videtur esse mendum pro Ionia.

INIMICITIAE (שִׂטְנָה), nomen putei, quem pastores Isaac in valle Gerara foderunt.

INSULA, INSULAE (אִי, אִיִּים), designatio vel pro insulis vel pro ora maritima vel pro regionibus longinquis ad mare et etiam ultra mare Hebraeis notum sitis.

INTROITUS EMATH v. Emath 1.

IOBAB (יוֹבָב), gens Iectan, fortasse Iobaritae (Ptol. VI. 7, 24) ad mare Indicum iuxta Sachalitas.

IONIA videtur 1 Mach. 8,8 substituenda esse pro regione Indorum.

IOPPE (יָפוֹ, Ἰόππη), urbs Iudaeae iuxta terminum aquilonarem tribus Dan. *Yafa*. [4 A 3; 2 C 1; 5 B 2; 8 G 4; 12 B 3].

IORDANIS (הַיַּרְדֵּן, ὁ Ἰορδάνης), fluvius nobilissimus et proprie loquendo unicus Palaestinae, apud scriptores arabicos *el-Urdunn*, hodie *el-Sherî'a* i. e. aquatio vel *Sherî'at el-Kebire* i. e. aquatio magna. Tres fluvii ex quibus Iordanis coalescit, sunt *Nahr Baniyas*, *Nahr el-Leddan*, *Nahr el-Hasbani*.

IOSAPHAT vallis (עֵמֶק יְהוֹשָׁפָט) seu vallis concisionis est allegorice exponenda: vallis, in qua Dominus iudicat. Sed ex opinione antiquissima vallis Iosaphat designatur illa pars vallis Cedron, quae urbem Ierusalem a monte Oliveti seiungit.

IOTA (יֻטָּה), urbs tribus Iuda in tertia provincia montis, vicus *Yutta* circa 10 km a Hebron meridiem versus. [4 B 5; 13 D 3].

Iotapata (Ἰωτάπατα), arx munita in Galilaea, hodie *Djefât*. [11 B 3]. Ad Iotapata referri solet vallis Iephtahel; sed vide s. v.

IR HA-HERES (עִיר הַהֶרֶס vel potius emendandum עִיר הַחֶרֶס i. e. urbs solis) non intellegitur urbs aliqua Aegypti determinata, ut Heliopolis, sed eximia splendore religionis.

IR NAAS v. Naas.

ISMAELITAE, ISMAHELITAE (יִשְׁמְעֵאלִים), duodecim tribus ab Ismael, filio Abrahae et Agar, descendentes: Nabaioth, Cedar, Abdeel, Mabsam, Masma, Duma, Massa, Hadad (Hadar), Thema, Iethur, Naphis, Cedma. [1 BC 3].

ISRAEL (יִשְׂרָאֵל), regnum septemtrionale decem tribuum.

ISSACHAR (יִשָּׂשכָר, Qeri perpetuum יִשָּׂכָר), tribus Israel, cuius occidentem attingunt Aser et Manasse, meridiem Manasse, orientem Iordanis,

aquilonem Zabulon et Nephthali (i. e. pagus commutatorius Nephthalitis concessus inter montem Thabor, Iordanem et lacum Tiberiadis) (4 BC 2. 3).

ISTEMO urbs v. Esthamo.

ISTOB איש טוב, regnum aramaicum inter Ammonitidem et Syriam; fortasse viri Tob (v. s. v.).

ITALIA Ἰταλία, paeninsula inter Alpes et fretum Siculum. (Tab 8). In Vulgata vox etiam usurpatur pro Cethim et Thubal.

ITURAEA Ἰτουραία. Ituraei, posteri Iethur seu Ietur יטור filii Ismael, montana Libani et praesertim Antilibani incolebant.

IUCADAM יקדעם, urbs tribus Iuda in tertia provincia montis.

IUD יהוד, urbs tribus Dan, *el-Yehûdîye* ad aquilonem Lyddae. (12 C 3).

IUDA יהודה. 1. Tribus Israel. Terminus australis incipit a lingua maris Mortui, quae respicit meridiem, pertransit ascensum Scorpionis, Sina seu Senna, Cadesbarne, Esron (Hesron), Addar, Carcaa, Asemona et perveniens usque ad torrentem Aegypti (*Wadi el-'Arîsh*) litore maris Mediterranei finitur. Terminus orientalis est mare Mortuum usque ad ostium Iordanis. Terminum aquilonarem designant ostium Iordanis, ascensus Adommim, Debera, Fons Solis (Ensemes), Fons Rogel, vallis Ennom, Nephtoa, Cariathiarim, Cheslon, Bethsames, Thamna, Accaron, Iebneel prope litus maris Mediterranei. Terminus occidentalis est litus maris inter Iebneel et torrentem Aegypti. Sed notandum est sortem Simeon intra fines Iuda fuisse conclusam. (4 ABC 4. 5). — Tribus Iuda in quattuor territoria dividitur: Negeb seu meridies (v. Negeb), Sephela seu planities occidentalis (v. Sephela), mons Iuda cum sex provinciis (4 B 4. 5), desertum Iuda inter mare Mortuum et montem Iuda (13 DE 1-4); deserti Iuda partes commemorantur desertum Thecue (13 DE 2), deserta Ziph et Maon (13 D 3), desertum Engaddi (13 E 3).

2. Regnum meridionale cum urbe principe Ierusalem.

3. Iuda ad Iordanem in termino orientali tribus Nephthali corruptioni textus originem debet.

IUDAEA יהודה, ἡ Ἰουδαία, provincia meridiana Palaestinae cisiordanicae, eo nomine post exsilium appellata, quia potissimum filii Iuda reduces eam incolebant; latius tamen patebat, quam antiqua tribus Iuda; terminos habebat ab aquilone Samariam, ab oriente Iordanem et mare Mortuum, a meridie Idumaeam, ab occidente Philisthaeam et mare Mediterraneum, ita ut etiam Beniamin, Dan et partem Ephraim meridianam comprehenderet neque fines regni Iuda multum excederet. Illi vero termini variis temporibus mutationes et fluctuationes subierunt.

IURGIUM מריבה, nomen stationis Raphidim.

L

LAABIM להבים, gens aegyptiaca ex stirpe Mesraim, iidem ac Libyes.

LABAN לבן, eadem statio Israelitarum ac Lebna vel forte emendandum בין i. e. inter.

LABANA, eadem urbs ac Lebna (Lobna).

LABANATH שיחור לבנת i. e. fluvius Labanath, Vulgata: Sihor et Labanath, probabilissime Crocodilon flumen veterum (*Nahr ez-Zerqa*) duabus fere horis infra Dor. (4 B 2; 11 A 4; 12 C 1).

LACEDAEMON v. Spartiatae.

LACHIS לכיש, urbs tribus Iuda in secunda provincia Sephelae (*Tell el-Hesi* iuxta *Wadi el-Hesi*) meridiem versus a *Khirbet Adjlan* (Eglon) nec procul ab *Umm Lakis*, quae nomen antiquum Lachis conservat (4 A 4; 13 B 2).

LAIS ליש v. Dan 2.

LAISA לישה: Ἀλασά, Ἐλασά, urbs in tribu Beniamin, *Khirbet Il'asa* inter Bethoron superiorem et inferiorem. (13 D 1; 18 B 1).

LAMPSACUS Σαμψάμη, Σαμψάκη, urbs Mysiae ad Hellespontum (8 G 2); sed probabilius Sampsame est Amisus orientem versus a Sinope. (8 E 2).

LAODICIA Λαοδίκεια, urbs Phrygiae ad Lycum fluvium, qui in Maeandrum influit (8 F 3).

LAOMIM v. Loomim.

LAPIS ADIUTORII אבן העזר (a Samuele positus inter Masphu (*Sha'fat*) et Sen (*Deir Yasin*), quaerendus prope *Beit Iksa* (Ch 18 BC 2).

LAPIS BOEN v. Abenboen.

LAPIS EZEL v. Ezel.

LATITUDO, nomen putei v. Rechoboth.

LATUSIM, LATUSSIM (לְטוּשִׁם), tribus arabica ex stirpe Dadan filii Iecsan.

Lazarium, nomen pro Bethania (v. s. v.).

LEBAOTH v. Bethlebaoth.

LEBNA (לִבְנָה). **1.** Statio Israelitarum inter Remmomphares et Ressa.
2. Lebna vel Lobna, Labana, urbs tribus Iuda in tertia provincia urbium Sephelae.

LEBONA (לְבוֹנָה), urbs prope Siluntem sita, vicus *el-Lubban* quattuor horis a Sichem meridiem versus iuxta viam, quae Hierosolyma ducit; in Mishna Beth Laban. [12 D 3].

LECHA (לֵכָה), urbs tribus Iuda, ignota.

LECHI v. Ramath Lechi.

LECUM (לַקּוּם), urbs in termino tribus Nephthali inter Iebnael (*Khirbet Yemmā*) et Iordanem enumerata, ibi fere ubi hodie *ʿAulam*. [4 C 2; 11 C 4; 17 B 2].

Legio v. Mageddo.

LEHEMAN (לַחְמָס, לַחְמָם), urbs tribus Iuda in secunda provincia Sephelae, *Khirbet el-Lahm* ad meridiem Eleutheropoleos. [13 C 2].

Leontes designari solet fluvius, qui Coelesyriam austrum versus permeat (cfr Perthes, Atlas antiquus 5. ed.), hodie *Nahr el-Līṭānī*, Lanto apud Edrisium, Lita apud Syros scriptores. [4 B 1; 9 A 4; 10 CD 1. 2]. Perperam Leontes vocari dicitur (Kiepert). Quidquid est de nomine, diversus ab eo est Leon (Ptolem. V. 15,5; ed. Müller-Fischer 14,3), fluvius inter Berytum et Sidonem, forte Tamyras, *Nahr el-Dāmūr* (*Nahr el-Qādi*) vel probabilius Bostrenus, *Nahr el-ʿAuwalī*. [9 A 4; 10 B 2].

LESA (לֶשַׁע), urbs in termino terrae Chanaan: a plerisque agnoscitur Callirrhoe, *Hammam el-Zerqa* ad orientem maris Mortui [13 F 2; 14 B 2], a nonnullis autem Lais-Dan (v. Dan 2).

LESEM (לֶשֶׁם) v. Dan 2.

LIBANUS (לְבָנוֹן), mons altissimus ab aquilone Palaestinae iuxta Phoenicen protensus, assyr. labnanu, aegypt. fortasse ramanan, hodie *Djebel Libnan* a *Nahr el-Qasimīye* supra Tyrum usque ad *Nahr el-Kebīr* supra Tripolim. [9 A 3. 4]. Eminent cacumina *Dahr el-Qodīb* (3063 m), *Djebel Makmal* (3052 m). Ad radices occidentales *Dhahr el-Qodīb* est celeberrima silva cedrorum prope vicum *Bsherre*. [9 A 3]. — Libanum ab Antilibano sciungit vallis *el-Beqāʿa*, planities Massyas seu Marsyas veterum, Coele Syria sensu artiore. Antilibanus (*Djebel el-Sherqi*) in S. Scriptura non nominatur, sed memorantur eius pars aquilonaris, Sanir (inter *Baʿalbek* et *Höms*), et pars extrema australis vel potius continuatio, mons Hermon (Sarion, Sanir). [Tab. 10].

LIBYA, LIBYES. 1. Populus Aegyptiis et Aethiopibus vicinus (לוּבִים). Λίβυες, Λιβύη. [1 A 2. 3. 4; 2 A 3. 4].
2. Populus a tertio filio Cham descendens, qui alias Phuth (פּוּט) audit; v. Phuth.
3. Libya Iudith 3,1 mendose legi videtur pro Libano.

Livias, eadem urbs atque Iulias, Betharan.

LITHOSTROTOS v. Gabbatha.

LOBNA, eadem urbs ac Lebna.

LOD (לֹד), **LYDDA** (Λύδδα), urbs in superiore Sephela, Diospolis (urbs Iovis), *el-Ludd*. [13 C 1].

LODABAR (לוֹ דְבָר et לֹא דְבָר), urbs, fortasse terminus Dabir in confinibus Gad et Manasse ad orientem Mahanaim.

LOOMIM, LAOMIM (לְאֻמִּים), tribus arabica ex stirpe Dadan, filii Iecsan.

LUD (לוּד), gens semitica, fortasse Lydii.

LUDIM (לוּדִים), gens cum Aegyptiis cognata.

LUITH (לוּחִית), ascensus in Moab inter Ar (Rabbath Moab) et Segor.

LYCAONIA (Λυκαονία), regio Asiae minoris inter Ciliciam, Pisidiam, Phrygiam, Galatiam, Cappadociam. [8 G 3].

LYCIA (Λυκία), regio Asiae minoris, paeninsula montana inter Pamphyliam et Cariam. [8 F 3].

LYDDA (LYDA) v. Lod.

LYDI. 1. Lydi, Lydii, Lydia (לוּד, לוּדִים), probabiliter non gens chamitica Ludim, sed Lydi asiani, gens semitica Lud.
2. Lydi (Λυδία) I Mach. 8,8. Designatur Lydia provincia Asiae minoris ad mare Aegaeum inter Cariam, Phrygiam et Mysiam. [8 EF 3].
3. Iudith 2,23: Λούδ = Lydia in Asia minore.

LYSTRA (Λύστρα), urbs Lycaoniae ab Iconio meridiem versus. [8 G 3].

M

MAACHA מַעֲכָה, ramus Aramaeorum a Maacha filio Nachor descendens: regio etiam vocatur Machati. Syria Maacha: quaerenda est iuxta montem Hermon ac tribum Nephthali ab oriente Iordanis, immo fortasse in ipsam terram Nephthali ad occidentem Iordanis extendebatur.

MAARA SIDONIORUM מְעָרָה אֲשֶׁר לַצִּידֹנִים censetur esse *Djezzîn* i. e. caverna *Djezzîn*. Cruciatorum celeberrima Cavea de Tyron, circiter 15 km a Sidone orientem versus [9 A 4; 10 B 2] vel ab aliquibus *Mogheiriye* a Sidone inter aquilonem et orientem [10 B 2]; sed forte corruptioni textus Ios. 13,4 originem debet.

MABSAM מִבְשָׂם, gens ismaelitica.

MABSAR מִבְצָר, gens edomitica, ad quam referri videtur vicus grandis Mabsara in regione Gebalena ad urbem Petram pertinens (Onomast.).

MACCES מָקַץ, urbs cum Salebim, Bethsames, Elon, Bethanan ad unam praefecturam salomonicam pertinens, in territorio Dan quaerenda.

MACEDA מַקֵּדָה, urbs tribus Iuda in secunda provincia Sephelae, fortasse *el-Moghar* paulo infra Accaron et Iamniam.

MACEDONIA ἡ Μακεδονία, regio genitrix imperii macedonici, a Romanis expugnata et in provinciae formam a. 140 a. Chr. redacta, quam parte Illyrici auctam Octavianus Augustus a. 27 senatui concessit proconsuli administrandam. [8 DE 2].

MACELOTH מַקְהֵלֹת, statio Israelitarum inter Arada et Thahath.

Machaerus Μαχαιροῦς, urbs munita in extremis finibus Peraeae contra Arabiam, hodie *Mukaur* ad orientem maris Mortui [13 F 2; 14 B 2].

MACHATI, eadem regio ac Maacha.

MACHBENA v. Chebbon.

MACHMAS מִכְמָשׂ מִכְמָשׁ מִכְמָס, urbs tribus Beniamin ad orientem Bethaven, *Mukhmas* 14 km a Ierusalem fere aquilonem versus [13 D 1; 18 D 1].

MACHMETHATH הַמִּכְמְתָת, locus situs prope Sichem medius fere in termino aquilonari tribus Ephraim, forte *el-ʿAskar* (Sichar) ad orientem Sichem. [12 D 3]. Nomen videtur corruptum, forte emendandum: Sichem exauditionum.

MACHTESH הַמַּכְתֵּשׁ v. Pila.

MADABA v. Medaba.

MADAI מָדַי, filius Iapheth, progenitor Medorum. [1 C 2].

MADAN מְדָן, filius Abrahae ex Cetura, gens Madianitis finitima, ut coniiciunt.

MADIAN מִדְיָן, filius Abrahae ex Cetura. Madianitae sedes primitivas habebant in Arabia inter septemtrionem et occidentem, inde autem latius sese diffuderunt tum in paeninsulam Sinai tum in terram transiordanicam. [1 B 2].

MADMEN מַדְמֵן, gens vel urbs moabitica.

MADMENA, eadem urbs ac Medemena 1.

MADON מָדוֹן, urbs Chanaan septemtrionalis, *Khirbet Madin* ad occidentem Tiberiadis. [4 C 2; 11 C 3; 17 B 2].

MAGDALA, urbs iuxta lacum Tiberiadis, patria Mariae Magdalenae, *Medjdel* in medio fere litore occidentali lacus et in termino australi planitiei Genesareth. [11 C 3; 17 C 2].

MAGDALEL מִגְדַּל־אֵל i. e. turris Dei, urbs in tribu Nephthali, fortasse *Medjeidel* ad orientem Tyri. [11 C 2].

MAGDALGAD מִגְדַּל־גָּד i. e. turris Gad, urbs tribus Iuda in secunda provincia Sephelae, assyr. Magdalu, hodie *el-Medjdel* prope Ascalon inter septemtrionem et orientem. [13 B 2].

MAGDALUM מִגְדֹּל. מִגְדּוֹל i. e. turris. **1.** Locus prope Philahiroth, ubi Israelitae post egressum de Aegypto ex deserto Etham regressi castra posuerunt ante transitum maris Rubri; quaeritur ad litus lacus *Timsah* vel ad eius lacus meridiem ibi fere, ubi Serapeum [3 B 2].

2. Urbs munita in septemtrionalibus finibus Aegypti 12 mil. pass. a Pelusio, *Tell el-Semut* [2 B 2; 3 C 2].

MAGEDAN Μαγεδάν, Μαγαδάν, Μαγδαλάν, Μαγ-

δαλά), ab aliquibus componitur cum Magdala, *Medjdel*, in litore occidentali lacus Genesareth. Fines Magedan eandem regionem designant quam partes Dalmanutha (Δαλμανουθά). — Ab aliis vero eadem regio merito quaeritur trans Iordanem. Dalmanutha agnoscitur vicus *el-Delhemīye* 7 km austrum versus ab infimo lacu Genesareth. [11 C 4; 15 A 1; 16 A 4; 17 C 3]. Magedan est vicus *Ma'ad* (γ = ע) circiter 7 km austrum versus ab *el-Delhemīye*. [11 D 4; 15 B 1; 16 B 4].

MAGEDDO, MAGEDDON (מְגִדּוֹ, מְגִדּוֹן), urbs in finibus tribus Issachar, sed Manassaeis attributa, in planitie Cison torrentis, cuius aquae appellantur aquae Mageddo, assyr. Magiduu, Magaduu, in documentis *Tell el-'Amarna* Magidda, Makida, probabilissime eadem ac Legio (Onomasticon), *Khirbet Ledjdjun* fere occidentem versus a *Zer'in*. [4 B 2; 11 B 4; 12 D 1].

MAGETH (Μακέδ), urbs munita Galaaditidis.

MAGOG (מָגוֹג), gens ex posteris Iapheth, fortasse inter mare Caspium et lacum Matianum. [1 C 2].

MAGRON (מִגְרוֹן). **1.** Locus quidam aquilonem versus a Gabaa Beniamin (Gabaa Saulis).

2. Urbs inter Hai et Machmas, fortasse ruinae *Makrun* prope *Makhmās* inter septemtrionem et occidentem. [Cfr 18 D 1].

MAHANAIM, MANAIM (מַחֲנַיִם i. e. castra), urbs Galaad in confinibus Gad et Manasse ad aquilonem Iaboc fluvii nec procul a Iordane. Situs approximative tantum indicari potest [4 C 3]. Vestigium nominis cernitur in *Mahne*. [15 B 2; 16 B 5].

MAHANE DAN seu Castra Dan v. Dan 4.

MALLOTAE (Μαλλῶται), incolae urbis Malli (Μαλλός) in Cilicia orientali haud procul ab ostio Pyrami orientem versus. [8 G 3].

MAMBRE convallis (אֵלֹנֵי מַמְרֵא i. e. quercus seu quercetum Mambre) in (finibus) Hebron. Ipsa quoque Hebron appellatur Mambre. Hodie quercus Abraham ostenditur dimidiae fere horae intervallo a Hebron inter septemtrionem et occidentem.

MAMBRE torrens (τοῦ χειμάρρου Ἀβρωνᾶ) in Mesopotamia, fortasse idem ac Habor, Chaboras. *Khabur*. [5 G 1. 2].

MAMZER (מַמְזֵר) idem ac Philisthaeus (?).

MANAHAT, MANAHATH (מָנַחַת). **1.** Stirps in terra Seir.

2. Duae stirpes Calebitarum in Iuda.

3. Urbs vel regio, ad quam aliquae cognationes beniaminiticae ex Gabaa (Geba) a Beniaminita Gera abductae sunt; fortasse componenda est cum Manahath 2.

MANASSE (מְנַשֶּׁה), tribus Israel cis et trans Iordanem. Manasse transiordanicam ab austro terminant fines Gad, ab occidente depressio Iordanis, quam Gaditae totam tenebant usque ad lacum Genesareth, deinde lacus Genesareth et Iordanis superior, ab aquilone mons Hermon et planities damascena, ab oriente montana Auran. [4 CD 1. 2. 3]. Manasse cisiordanicam terminant Iordanis, Ephraim, Dan, mare Mediterraneum, Aser, Issachar. [4 BC 2. 3].

MANOCHO (Μανοχώ), urbs tribus Iuda in quinta provincia montis Iuda (LXX) prope Ierusalem, fortasse eadem ac Manahath 2.

MAON (מָעוֹן). **1.** Urbs tribus Iuda in tertia provincia montis Iuda, *Khirbet Ma'in* meridiem versus a *Zīf*. [4 B 5; 13 D 3].

2. Urbs Arabiae Petraeae inter meridiem et orientem a Petra, hodie *Ma'an* [3 F 2], ad quam fortasse referenda est gens Maonitarum seu Minaeorum (vide s. v. Munim).

MAPSAM v. Mabsam.

MARA (מָרָה), prima statio Israelitarum trium dierum itinere distans a loco, quo mare Rubrum traiecerunt. Correspondere videtur *'Ain Hawāra* meridiem versus a *Wadi el-'Amara* iuxta sinum Heroopoliticum. [3 C 3].

MARE GALILAEAE seu Tiberiadis v. Genesareth 1.

MARE MAGNUM seu occidentale seu postremum seu Palaestinorum (Philisthaeorum) est mare Mediterraneum. Eius partes nominatim memorantur Syrtis (maior) et Adria.

MARE RUBRUM (יַם־סוּף, θάλασσα ἐρυθρά) dicitur primo sinus Suez (olim Heroopoliticus [3 CD 3. 4]) et secundo sinus *'Aqaba* (olim Aelaniticus [3 E 3. 4]). Mare Erythraeum apud Graecos et Romanos dicebatur mare, quod litora Arabiae, Persiae, Indiae alluit. Hodie mare Rubrum est sinus Arabicus a *Bab el-Mandeb* aquilonem versus protensus. [1 B 3. 4; 2 CD 3. 4. 5].

MARE SALIS (יָם הַמֶּלַח, θάλασσα ἁλός seu τῶν ἁλῶν seu ἁλυκή), mare solitudinis seu deserti, mare orientale est lacus Asphaltitis, hodie *Bahr Lut* i. e. lacus Lot. [Tab. 13 et 14].

MARESA (מָרֵשָׁה, מָרֵאשָׁה), urbs tribus Iuda in tertia provincia Sephelae. Nomen conservatur in *Khirbet Merash* 20 minutis a *Beit Djibrīn* meridiem versus, vestigia autem urbis antiquae cernuntur in *Tell Sandahanne* circiter 1 km a *Merash* inter meridiem et orientem. [13 C 2].

MARETH (מַעֲרָת). urbs tribus Iuda in quarta provincia montis, hinc inter Hebron et Bethlehem quaerenda.

MAROTH (מָרוֹת, Vulgata : amaritudines), eadem urbs ac Mareth.

Masada (ἡ Μασάδα), arx munita iuxta litus occidentale maris Mortui, hodie *el-Sebbe*. [13 E 3; 14 A 3].

MASAL, MESSAL (מִשְׁאָל, מִשְׁאָל), urbs tribus Aser, *Khan Mithilya* inter Carmelum montem et oram maritimam ad septemtrionem urbis *'Athlît*. [11 A 4].

MASALOTH (Μαισαλώθ), quae est in Arbellis (v. Arbela). Vox Masaloth fortasse est mera transcriptio hebraici מַעֲלוֹת i. e. scalae; per scalas enim accessus ad speluncas Arbelae patebat.

MASEPHA (הַמִּצְפֶּה). urbs tribus Iuda in secunda provincia Sephelae, *Tell el-Safiye* 12 km a *Beit Djibrin* inter aquilonem et occidentem, medio aevo Alba Specula seu *Blanca Guarda*. [13 C 2].

MASEREPHOTH (מִשְׂרְפוֹת מַיִם i. e. combustiones aquarum, Vulgata : aquae Maserephoth), terminus, quousque Iosue hostes ad aquas Merom devictos percussit; coniicitur Sarepta vel maiore cum probabilitate *'Ain Masherfe* ad meridiem promontorii *Ras el-Nâqura*. Cfr 11 B 2.

MASMA (מִשְׁמָע), gens ismaelitica.

MASOBIA, patria Iasiel herois, qui cognominatur הַמְּצֹבָיָה, Vulgata : de Masobia.

MASPHA, MASPHATH (הַמִּצְפָּה, הַמִּצְפָּה i. e. specula, locus editus).

1. Maspha, tertium nomen loci, quem Laban vocaverat Iegar Sahadutha et Iacob Galed.

2. Maspha Galaad v. Ramoth Galaad.

3. Maspha, terra seu planities ad radices Hermon maioris. Coniicitur esse vicus Drusorum *Mutelle* in *Merdj 'Ayun* paulo aquilonem versus ab *Abil el-Qamh* seu Abel Beth Maacha. Cfr 11 C 1.

4. Maspha in Sephela v. Masepha.

5. Maspha Moab ignota.

6. Maspha in tribu Beniamin, centrum politico-religiosum Israelitarum aetate Iudicum, probabilissime *Sha'fat* circa 30 minutis a Ierusalem aquilonem versus (18 C 2) vel ex aliorum opinione *Neby Samwîl* duabus fere horis a Ierusalem Ioppen versus. (18 B 2).

MASPHE campus v. Maspha 3.

MASPHE Ramoth Masphe v. Ramoth Galaad.

MASRECA (מַשְׂרֵקָה i. e. vinea), urbs regia in Edom circa Gebalenen. Conferri potest *Wadi Mefrak* ad meridiem Petrae. [3 F 2].

MASSA (מַשָּׂא), gens ismaelitica, apud Ptolem. V. 19,2 (ed. Müller-Fischer V. 18) Μασανοί, assyr. Mas, Masai.

MATTHANA (מַתָּנָה), statio Israelitarum inter Beer et Nahaliel.

MAXILLA v. Ramath Lechi.

Maximianopolis v. Adadremmon.

MAZOR, nomen Aegypti; v. Aegyptus.

MEA turris v. Emath 4.

MECHERATHITES, melius Maachathites cognominatur Hepher heros davidicus; v. Maacha.

MECHMAS v. Machmas.

MEDABA, MADABA (מֵידְבָא), urbs in planitie montana Moab, *Madeba* in colle sita inter *Wadi Zerqa Ma'in* et *Hesban*. [4 C 4; 13 F 2; 14 B 2].

MEDDIN (מִדִּין), urbs in deserto Iuda.

MEDEMENA. 1. Medemena (מַדְמַנָּה), urbs tribus Iuda in Negeb, ad quam Onomasticon refert Menois (Μηνοείς) iuxta civitatem Gazam, forte *Khan Yunis* ad meridiem Gazae [13 A 3] vel *Minye* paulum orientem versus a *Khan Yunis*. Sed v. Bethmarchaboth.

2. Medemena (מַדְמֵנָה), urbs in tribu Beniamin, ignota.

MEDENA (מְדִי) provincia Esdr. 6, 2 est Media provincia.

MEDI (Μήδεια) I Mach. 8,8 forte corrigendum : Mysii.

MEDI, MEDIA (מָדַי, Μῆδοι, Μήδεια), gens et regio inter mare Caspium, Hyrcaniam, Parthiam, Persidem, Assyriam, Armeniam [1 C 2; 5 E 1. 2].

MEGBIS (מַגְבִּישׁ), nomen familiae vel forte urbis Iudaeae.

MEIARCON (מֵי הַיַּרְקוֹן i. e. aquae Iarcon), urbs vel regio in tribu Dan et prope Ioppen, a vicino quodam flumine dicta, probabilissime a *Nahr el-'Audja*, qui inter Ioppen et Accaron (*Tell el-Reqqeit*) in mare Mediterraneum influit. [4 A 3; 12 B C 3].

MELITA (Μελίτη), insula, *Malta*. [8 B 4].

MELLO. 1. Mello (בֵּית מִלּוֹא, Vulgata : urbs

Mello, oppidum Mello), arx urbis Sichem, etiam turris Sichem appellata.

2. Mello (הַמִּלּוֹא), munitio in urbe Ierusalem. [Tab. 22].

MELOTHI (LXX omittunt), urbs ab Holoferne expugnata, Melitene, urbs et regio Cappadociae. [8 H 3].

ME MERIBA i. e. aquae contradictionis, fons iuxta Cades in deserto Sin; v. Cades 1.

MEMPHIS (נֹף, semel מֹף), urbs Aegypti inferioris, aegypt. Men-nufer i. e. mansio bona, brevius Mennefe, Menfe, coptice Membe, Memfe, Memfi, etiam Mefe, assyr. Mempi, Mimpi, arab. Menf. [2 B 2].

MENNI (מִנִּי), regio, quae cum Ararat Armeniam maiorem seu orientalem constituit, assyr. Mat Mannai. [5 D 1].

MENNITH (מִנִּית), urbs transiordanica 4 mil. pass. a Hesebon aquilonem versus pergentibus Philadelphiam seu Rabbath Ammon.

MEPHAATH (מֵיפַעַת, מֵפַעַת), urbs tribus Ruben, in qua tempore Eusebii praesidium militum collocatum erat propter vicinam solitudinem.

MERALA (מַרְעֲלָה), urbs tribus Zabulon in confinibus Zabulon et Issachar, fortasse *Ma'lul* unius fere horae spatio a Nazareth occidentem versus. [11 B 4].

MERATHAIM (מְרָתַיִם), Vulgata : terra dominantium), regio Babyloniae meridionalis, assyr. Marratim i. e. regio iuxta nar Marratu seu amarum fluvium (sinum Persicum).

MERIDIES v. Negeb.

MEROM aquae (מֵי מֵרוֹם), ubi Iabin rex Asor a Iosue devictus est, communiter censentur lacus Semachonitis, *Bahrat el-Hûle*, sed melius forte ille tractus irriguus a *Semuniye* (Semeron) usque ad torrentem Cison. [4 B 2; 11 B 4]. Est etiam vicus *Meiron* 4 km a *Safed* occidentem versus, sed in valle montana proelio haud apta. [11 C 3].

MEROME regio (מְרוֹמֵי שָׂדֶה i. e. altitudines campi) explicatur planities in summo Thabor, non regio ad aquas Merom.

MERONATHITES (הַמֵּרֹנֹתִי) cognomen indicat urbem Meronoth non procul a Maspha Beniamin, ignotam.

MEROZ (מֵרוֹז), urbs vel terra (Vulgata), forte *el-Murassas* prope *Beisan* versus montem Thabor. [11 C 4; 12 E 1].

MERRHA (ἡ Μερράν), regio, cuius negotiatores laudantur Bar. 3,23; sed pro מֶרֶן fortasse legendum erat מְדָן, quod est aliud nomen pro Madian.

MES (מֵשׁ) vel etiam Mosoch (מֶשֶׁךְ), gens aramaica iuxta montem Masium ad aquilonem Nisibis, qui Armeniam a Mesopotamia secernit [cfr 5 C 1] vel forte terra Mas seu tractus ad Tigridis Euphratisque exitum in sinum Persicum.

MESOPOTAMIA vel Mesopotamia Syriae (אֲרַם נַהֲרַיִם vel פַּדַּן אֲרָם). Aetate Seleucidarum Mesopotamia (Μεσοποταμία) erat regio inter Euphraten et Tigridem, Babyloniam et Armeniam [1 B C 2; 5 CD 1. 2]; interdum fines australes et aquilonares Mesopotamiae apud veteres auctores ulterius extendebantur. Vocibus autem hebraicis Aram Naharaim et Paddan Aram designatur probabilius Mesopotamia occidentalis tantum inter Euphraten superiorem eiusque tributarium orientalem Habor (Chaboras).

MESPHE (Ios. 18,26) v. Maspha 6.

MESRAIM v. Aegyptus.

MESSA (מֵשָׁא), regio, unde sedes Iectanidarum usque ad montem Sephar in Arabia describuntur; si Messa est terra Mas ad Tigridis Euphratisque exitum in sinum Persicum, dicendum est Iectanidas ibidem Aramaeis conterminos fuisse.

MESSAL urbs v. Masal.

METHCA (מִתְקָה), statio Israelitarum in deserto inter Thare et Hesmona.

MILETUS (Μίλητος), praecipua urbs Ioniae in litore Cariae ad meridiem sinus Latmici. [8 E 3].

MISGAB (הַמִּשְׂגָּב i. e. arx), munitio quaedam fortis et alta in Moab, fortasse ipsa Qir Moab. [14 B 4].

MISPHAT fons (עֵין מִשְׁפָּט i. e. fons iudicii), nomen antiquissimum pro Cadesbarne; v. Cades 1.

MITYLENE (Μιτυλήνη, melius Μυτιλήνη), urbs praecipua Lesbi insulae in litore orientali. [8 E 3].

MOAB (מוֹאָב), regio, cuius meridiem terminat torrens salicum (*Wâdi el-Hasa*, *Wâdi el-Qurahi*), occidentem mare Mortuum, orientem desertum, aquilonem tempore Moysis fluvius Arnon; sed etiam regionem ex adverso Ierichuntis ad Iordanem (campestria Moab) Moabitae ante Moysen occupaverant eamque denuo possidebant tempore Iudicum. [4 B 2; 4 CD 5; Tab. 14].

MOCHMUR (Μοχμούρ), torrens prope oppidum Chus, Chusi (*Kuza* vel *Quza*) austrum versus a Sichem. Cfr 12 D 3.

MOCHONA מְכֹנָה, urbs a filiis Iuda post exsilium habitata, *Khirbet el-Meqenna*. [13 C 1].

MODIN Μωδεΐν, patria Mathathiae sacerdotis patris heroum Machabaeorum, vicus *el-Medīye* duabus horis a Lydda orientem versus. [13 C 1].

MOLADA מוֹלָדָה, urbs tribus Iuda in Negeb, *Khirbet el-Milh* inter Bersabee et mare Mortuum. [4 B 5; 13 C 4].

MOLATHITA seu de **MOLATHI** הַמְּחֹלָתִי i. e. oriundus de Abelmehula.

MONS GLABER seu **CALVUS** הָהָר הֶחָלָק, Vulgata: pars montis, qui ascendit in Seir, terminus meridionalis, ad quem usque Iosue terram Chanaan occupavit.

MORASTHITES הַמֹּרַשְׁתִּי, הַמֹּרַשְׁתִּי) i. e. oriundus de Moresheth, quae eadem est ac Moresheth Gath מֹרֶשֶׁת גַּת, Vulgata: hereditas Geth prope Eleutheropolim orientem versus (Onomasticon).

MORE מוֹרֶה. 1. Quercus More (Vulgata: convallis illustris) prope Sichem vel etiam quercetum More (Vulgata: vallem tendentem et intrantem procul) prope Galgalam (v. Galgala 3, nisi forte alius quidam locus editus Gilgal admittendus sit) e regione montium Hebal et Garizim.

2. Collis More in valle Iezrael ab aquilone castrorum Gedeonis, quae erant iuxta fontem Harad ('Ain Djalud ad orientem urbis *Zer'in*). Cfr [11 C 4; 12 E 1].

MORIA. 1. Moria הַמֹּרִיָּה, terra, in cuius monte Abraham filium Isaac offerre iubetur; Vulgata: terra Visionis.

2. Moria הַמּוֹרִיָּה, mons templi hierosolymitani. [Tab. 22].

MOSEL מְאוּזָּל = de Uzal? v. Uzal.

MOSERA מוֹסֵרָה seu **MOSEROTH** מֹסֵרוֹת, statio Israelitarum prope montem Hor.

MOSOCH v. Mes.

MOSOCH מֶשֶׁךְ, gens a Iapheth descendens, Moschi (1 BC 1) ad Ponti Euxini litus australe orientem versus incolentes inter Tibarenos et Colchos, assyr. Muski magis meridiem versus. [5 B 1].

MUNIM (מְעוּנִים, familia Nathinaeorum ad Maonitas seu Minaeos, gentem nomadum, referenda (v. Maon 2).

MURUS MOAB v. Qir Moab.

MYNDUS Μύνδος, urbs Cariae ad sinum Iassicum, ubi hodie *Gumushli*. [8 E 3].

MYRA τὰ Μύρρα vel Μύρα, urbs Lyciae ad ostium Andriaci fluminis (Vulgata: Lystra pro Myra). [8 F 3].

MYSIA Μυσία, regio Asiae minoris, quam cingunt ab aquilone Propontis et Hellespontus, ab occidente mare Aegaeum, a meridie Lydia, ab oriente Phrygia et Bithynia. [8 EF 3].

N

NAALOL נַהֲלֹל, נַהֲלָל, urbs tribus Zabulon, *'Ain Mahil* prope Nazareth inter septemtrionem et orientem. [11 C 4].

NAAMA נַעֲמָה, urbs tribus Iuda in secunda provincia Sephelae, fortasse vicus *Na'ane* ad meridiem Lyddae et orientem Iamniae.

NAAMATHITES נַעֲמָתִי, nomen gentile inum Sophar amici Iob; urbs ignota.

NAARATHA נַעֲרָתָה, urbs in termino orientali tribus Ephraim prope confinia Beniamin, fortasse *Khirbet el-Sāmiye* prope *'Ain el-Sāmiye* inter septemtrionem et occidentem a Iericho. [13 E 1].

NAAS עִיר נָחָשׁ, urbs tribus Iuda, fortasse *Deir Nakhkhas* prope Eleutheropolim inter aquilonem et orientem.

NAASSON Νασώρ, eadem urbs atque Asor 1.

NABAIOTH נְבָיֹת, נְבָיוֹת, gens ismaelitica a filio primogenito Ismael descendens, iidem ac Nabataei aetatis hellenisticae, assyr. Nabaitai distinguendi a Nabatu Aramaeis babyloniis. [4 B 2. 3].

NABO v. Nebo.

NABUTHAEI Ναβουθαῖοι, iidem ac Nabaioth, Nabataei.

NAHALIEL (נַחֲלִיאֵל i. e. torrens Dei, vallis Dei), statio Israelitarum in itinere anni quadrage-

simi, fortasse *Wadi el-Wa'le* tributarius Arnonis (*Wadi el-Modjib*) a septemtrione. [13 F 2; 14 B 2].

NAIM (Ναΐν), urbs Galilaeae inferioris, viculus *Nain* in descensu aquilonari Hermon minoris (*Nebi Dahī*) occidentem versus ab Endor. [11 C 4].

NAIOTH in Ramatha (נָיוֹת בָּרָמָה) i. e. habitationes in Rama seu Ramatha (vide s. v.) urbe patria Samuelis, coenobium domiciliorum, in quibus discipuli prophetae degebant.

NAPHIS (נָפִישׁ), gens ismaelitica Israelitis transiordanicis vicina, ad quam fortasse referendi sunt Nephusim (Nephussim).

NAZARETH (Ναζαρέθ, Ναζαρέτ, Ναζαράθ, Ναζαράτ, Ναζαρά), urbs Galilaeae inferioris, *el-Nasira*. [11 B 4].

NEAPOLIS (Νέα Πόλις), urbs in Macedonia adiecta seu parte Macedoniae maxime orientali ad sinum Strymonicum e regione Thasi insulae, ubi hodie *Kavalla*. [8 D 2].

NEBALLAT (נְבַלָּט), urbs Beniaminitarum post exsilium, *Beit Nebālā* 5 km a Lydda inter septemtrionem et orientem. [13 C 1].

NEBO, NABO (נְבוֹ). **1.** Urbs moabitica, ruinae *Nebbe* seu *Nebā* sex fere horarum itinere ab ostio Iordanis orientem versus, ab urbe Hesebon inter meridiem et occidentem.

2. Mons in montanis Phasga seu parte septemtrionali montium Abarim, *Djebel Neba*. [14 B 1].

3. Nebo, urbs Iudaeae, fortasse *Nuba* ad orientem Eleutheropoleos. [13 C 2].

NEBSAN (הַנִּבְשָׁן), urbs in deserto Iuda.

NECEB v. Adami.

NEGEB (נֶגֶב i. e. meridies), tractus australis Palaestinae pascuis abundans, quem cingunt mons Iuda ab aquilone, mons Seir ab oriente, desertum Pharan a meridie, planities maritima ab occidente. [4 AB 5].

NEGOTIATORUM URBS (עִיר רֹכְלִים) designatur Ez. 17,4 Babylon.

NEHELESCOL v. Escol.

NEHIEL (נְעִיאֵל), urbs in confinibus Zabulon et Aser, *Yanin* (?) orientem versus ab Accho. [11 B 3].

NEMRA v. Bethnemra.

NEMRIM (מֵי נִמְרִים, Vulgata: aquae Nemrim) in parte meridionali Moab, *Wadi Numeira* ad mare Mortuum decurrens. [13 EF 4; 14 AB 4].

NEPHATH DOR (נָפַת דּוֹר, נָפוֹת דֹּאר i. e. excelsa Dor, clivi seu colles Dor inter Carmelum et Caesaream Palaestinae. [11 A 4].

NEPHTHALI (נַפְתָּלִי), tribus Israel maxime septemtrionalis inter Iordanem, Zabulon, Aser, Libanum (et Hermon maiorem). Accedit pagus commutatorius Nephthalitis concessus ad litus austro-occidentale lacus Genesareth pro finibus, quos ab aquilone Danitae ipsis praeripuerant. [4 C 1. 2].

NEPHTHUIM (נַפְתֻּחִים), gens Chamitarum, fortasse incolae Aegypti mediae (na-phthah i. e. οἱ τοῦ Φθᾶ, pertinentes ad Phthah deum Mempheos) vel ut alii coniiciunt, incolae Napata in Aethiopia. [2 B 2. 6].

NEPHTOA (נֶפְתּוֹחַ), fons in confinibus Iuda et Beniamin, vicus *Liftā* 4 km a Ierusalem inter aquilonem et occidentem. [13 D 1; 18 C 2; 20 C 1].

NEPHUSIM, NEPHUSSIM (נְפוּסִים, נְפִישְׁסִים), Nathinaei, fortasse ad gentem ismaeliticam Naphis referendi.

NESIB (נְצִיב), urbs tribus Iuda in tertia provincia Sephelae, *Beit Nasīb* ad orientem Eleutheropoleos. [13 C 2].

NETHUPHATI, NETOPHATHI v. Netupha.

NETUPHA (נְטֹפָה), urbs tribus Iuda, *Beit Nettīf* fere inter Eleutheropolim et Ierusalem. [13 C 2].

NICOPOLIS (Νικόπολις), urbs Epiri ad ostium sinus Ambracii e regione Actii, hodie *Paleoprevyza*. [8 D 3].

NILUS (שִׁיחוֹר), plerumque fluvius, flumen (יְאֹר). Am. 8,8; 9,5 fluvius Aegypti (נְהַר מִצְרַיִם). Flumina Aethiopiae (נַהֲרֵי כוּשׁ) merito explicantur Astaboras (*Atbara* tributarius Nili ab oriente), Astapus (*Bahr el-Azraq*, Nilus caeruleus) cum suo tributario Astasoba et Nilus albus (*Bahr el-Abyad*). [1 AB 4].

NINIVE (נִינְוֵה, Νινευή), metropolis Assyriae ad orientalem ripam Tigridis. Sensu latiore accepta Ninive civitas magna complectitur quattuor urbes: Niniven, Ninua (*Kuyundjik* et *Nebi Yunus* [7 AB 2] et Tabella: Ninive), Chale (*Nimrud*), Resen (*Selamiye*), Rechoboth-Ir, cuius vestigium nondum repertum est. Accedit quinta pars Dur Sarrukin i. e. arx seu urbs Sargonis (*Khorsabad* aquilonem versus a Ninua). [7 B 1. 2].

NO (נֹא) sive **NO AMON** (נֹא אָמוֹן), in Vulgata Alexandria, urbs Thebarum in Aegypto superiore.

assyr. Ni'a, aegypt. Nai Amun vel Nut en Amun i. e. caelum Amon, sed etiam Tobe vel Tebe. [2 B 4].

NOA נֵעָה, urbs tribus Zabulon.

NOB v. Nobe 2.

NOBE. 1. Nobe נֹבַח, urbs transiordanica haud procul a Iegbaa et Rabbath Ammon.

2. Nobe, Nob נֹב, נֹבֶה, urbs in tribu Beniamin.

3. Nobe נֹבַח, nomen urbi Canath (Chanath) inditum a Nobe duce Manassaeo.

NOD (נוֹד), terra ad orientalem plagam Eden sita, in quam egressus est Cain a facie Domini.

NODAB (נוֹדָב), gens ismaelitica, ad quam referunt *Nudeibe* in regione Hauran [16 F 5] vel etiam Nabataeos, Nabaioth. [1 B 2. 3].

NOPHE נֹפַח, urbs Moabitarum, dein Amorrhaeorum, denium Rubenitarum, ab Hesebon meridiem versus quaerenda; sed fortasse corruptioni textus originem debet.

NOPHETH שְׁלֹשֶׁת הַנָּפֶת, in Vulgata: tertia pars urbis Nopheth); sed probabilius voces: tres pagi sunt clausula finalis tradens summam pagorum ab Aser et Issachar ad Manassaeos translatorum (Bethsan, Dor, Mageddo).

NORAN נַעֲרָן, eadem urbs ac Naaratha.

O

OBOTH אֹבֹת, statio Israelitarum inter Phunon et Ieabarim.

OCINA Ὀκινά, urbs quam Holofernes terrefecit, fortasse Accho.

ODOLLAM, ODULLAM, ADULLAM עֲדֻלָּם, urbs tribus Iuda in prima provincia Sephelae, *Khirbet 'Id el-Ma* 21 km a Ierusalem Eleutheropolim versus. [4 B 4; 13 C 2].

OFFENSIONIS MONS הַר־הַמַּשְׁחִית, ea montis olivarum pars australis, quae mons scandali vocari solet, hodie *Djebel Batn el-Hawa*. [21 B 3].

OLON, eadem urbs ac Holon.

ON v. Heliopolis.

ONO אוֹנוֹ, אֹנוֹ, urbs in magno campo Ono seu valle artificum, *Kefr 'Ana* fere inter Lyddam et Ioppen. [12 C 3].

OPHAZ אוּפָז, regio aurifera longinqua.

OPHEL הָעֹפֶל, pars urbis Ierusalem ad austrum montis Moria. [Tab. 22].

OPHER. 1. Opher Gen. 25,4 v. Epher 1.
2. Opher Ios. 12,17 v. Epher 2 (terra).
3. Opher (4 Reg. 14,25) v. Gethhepher.

OPHERA, eadem urbs atque Aphraim, Baalhasor, Beth le Aphrah.

OPHIR אוֹפִיר, gens Iectanidarum, probabilius in Arabia meridionali quaerenda potius [1 D 4], quam in Africa (*Sofala*) vel in India.

OPHNI הָעָפְנִי, urbs tribus Beniamin in confinibus Ephraim, Gophna urbs princeps toparchiae gophniticae, vicus *Djifna* circa 22 km a Ierusalem aquilonem versus prope viam, quae Neapolim (Sichem) ducit. [4 B 4; 13 D 1].

OREB צוּר עוֹרֵב i. e. rupes corvi) prope Iordanem inferiorem, fortasse *'Osh el-Ghurab* i. e. nidus corvorum inter montem Quarantania et Iordanem.

ORIENS קֶדֶם, plaga seu regio orientalis.

ORONAIM חֹרֹנַיִם, חוֹרֹנַיִם i. e. duae cavernae, urbs in meridionali parte Moabitidis iuxta viam versus fines Edomitarum, in descensu quodam montano nec procul a Segor.

Orontes (Ὀρόντης), fluvius, qui Syriam permeat ab Heliopoli usque ad Antiochiam, hodie *Nahr el-'Asi* [9 AB 1. 2. 3].

ORORI v. Ararites.

ORTHOSIAS Ὀρθωσιάς, apud auctores profanos Orthosia, urbs maritima Phoeniciae iuxta Bruttum (*Nahr el-Barid* seu fluvium frigidum) inter Tripolim et Eleutherum (*Nahr el-Kebir*). [9 A 3].

OZA עֻזָּא, hortus ab Oza possessore vocatus, in quo Manasses eiusque filius Amon reges Iuda sepulti sunt, hortus domus Manassis. Ubinam domus Manasse et quis ille Oza fuerit, ignoratur.

OZENSARA אֻזֵּן שֶׁאֱרָה, urbs exstructa a Sara filia Ephraim, fortasse *Beit Sira* ad occidentem Bethoron inferioris. [Cfr 13 C 1].

P

Palaestina (ἡ Παλαιστίνη, etiam cum addito Συρία), nomen maxime usitatum terrae Israelitarum, ortum ex פְּלֶשֶׁת i. e. Philisthaea (assyr. Palashtu, aegypt. Pulushta; a Graecis et Romanis extendebatur ad totam terram Israel inter mare Mediterraneum, Libanum, Iordanem et exeunte saeculo tertio p. Chr. etiam ad terram transiordanicam. Saeculo 5. p. Chr. commemorantur Palaestina prima (quae fere Iudaeam et Samariam complectitur), secunda (regiones in utraque ripa Iordanis superioris et circa lacum Genesareth), tertia vel salutaris (quae a sinu Aelanitico incipiens Idumaeam et Moab comprehendit).

PALAESTINI, PALAESTHINI, iidem ac Philisthaei.

PALMYRA (תַּדְמֹר), urbs in deserto syriaco media fere via inter Damascum et Euphraten. [5 B 2; 9 C 3].

PAMPHYLIA (Παμφυλία), regio Asiae minoris inter Ciliciam, Pisidiam, Lyciam et mare Mediterraneum. [8 F 3].

Paneas, eadem ac Caesarea Philippi.

PAPHUS (Πάφος), urbs Cypri insulae in parte meridionali litoris occidentalis. [8 G 4].

PARADISUS voluptatis (גַּן־בְּעֵדֶן), hortus, quem Deus in Eden terra plantavit. Ex Eden egrediebatur fluvius ad irrigandum hortum et egressus ex horto dividebatur in quattuor capita seu initia fluviorum. Regio Eden a recentioribus coniicitur fuisse ultra illum terrae tractum, ex quo secundum opinionem veterum originem ducunt fluvii illi: Phison (Indus vel Ganges), Gehon (Nilus), Tigris, Euphrates. Alii aliter explicant, paradisum prope Babylonem collocantes.

Parus insula inter Cyclades celebris marmore albo (שַׁיִשׁ, שֵׁשׁ), quod Parium dicitur. [8 E 3].

PARTHI (Πάρθοι), incolae regionis montanae a mari Caspio inter meridiem et orientem. [1 D 2].

PARVAIM (פַּרְוַיִם), regio auro abundans, probabiliter in regione arabica Ophir, ubi *Saq el-Farwain* reperitur.

PATARA (Πατάρα), urbs maritima Lyciae. [8 F 3].

PATMUS (Πάτμος), parva insula inter Sporades, austrum versus a Samo insula, prope Miletum; hodie *Patino*. [8 E 3].

Pella (Πέλλα), urbs Decapoleos, hodie *Khirbet Fahil*. [15 B 2; 16 B 5].

PELUSIUM (סִין), urbs prope ostium Nili pelusiacum, clavis Aegypti. [2 B 2; 3 C 1].

PENTAPOLIS (Πεντάπολις), regio vel coetus quinque urbium Sodoma, Gomorrha, Adama, Seboim, Bala (Segor) in valle Siddim (vide s. v.).

PEQOD (פְּקוֹד), gens Elamitis contermina, assyr. Puqudu.

Peraea, regio transiordanica eiusdem fere extensionis ac Galaad antiqua inter Iordanem, *Yarmuk*, Philadelphiam (Rabbath Ammon), Machaerum (paulo supra Arnonem). Adverte Peraeam sensu geographico aquilonem versus latius patere, quam provinciam iudaicam Peraeam, quae Decapolin excludebat.

PERGAMUM (Πέργαμον), urbs Mysiae. [8 E 3].

PERGE (Πέργη), urbs Pamphyliae. [8 F 3].

PERSAE (פָּרַס), assyr. Parsa, arab. *Faris*. [1 CD 2. 3].

PERSEPOLIS (Περσέπολις), caput Persidis provinciae. [1 D 2].

PERSIS (Περσίς) sensu latiore designat provincias Seleucidarum trans Euphraten, sensu strictiore regnum persicum.

PETRA (הַסֶּלַע), urbs praecipua Arabiae Petraeae, nomine symbolico Iectehel. [3 F 2].

PETRA DIVIDENS (סֶלַע הַמַּחְלְקוֹת) in deserto Maon.

PHALTI, rectius Phalet, eadem urbs ac Bethphalet.

PHANUEL (פְּנוּאֵל), locus transiordanicus ad fluvium Iaboc.

PHARA (Φαραθωνί) videtur esse mera appositio ad vocem Thamnata (vide s. v.); Vulgata: Thamnata et Phara.

PHARAN (פָּארָן). 1. Desertum, quod circumscribitur per montana Sinai, vallem Araba, Negeb seu meridiem Palaestinae, desertum Sur et hodie audit *Bâdiet el-Tîh*. [3 CD 2. 3].

2. Campestria Pharan (אֵיל פָּארָן), probabilissime Aila, Aelath ad orientem deserti Pharan, in ipso limine deserti Pharan. [3 E 3].

PHARATHON (פִּרְעָתוֹן), urbs in illa parte montis Ephraim, quae mons Amalec designatur; hodie *Fer'ata* circiter 8 km a Sichem loppen versus [12 D 3] vel, ut alii coniiciunt, *Fir'aun* ad occidentem Samariae urbis. [12 C 2].

PHARPHAR (פַּרְפַּר), fluvius Damasci, *Nahr el-A'wadj*. [9 B 4; 10 F 3].

PHARURIM (פַּרְוָרִים), aedificium ad partem occidentalem atrii exterioris templi. [Tab. 22].

Phasaelis (Φασαηλίς), urbs ab Herode I. condita in honorem Phasaelis fratris sui, hodie *Khirbet Fasâil* iuxta *Wadi Fasail* aquilonem versus a Iericho. [12 E 3].

PHASELIS (Φασηλίς), urbs Lyciae in parte orientali ad sinum Pamphylium sita. [8 F 3].

PHASGA (הַפִּסְגָּה), pars septemtrionalis montium Abarim, hodie *Ras Siyagha*. [13 F 1; 14 B 1].

PHATHURES, PHATURES, PHETROS (פַּתְרוֹס, פַּתְרֹס), designatio Aegypti superioris seu meridionalis, cuius urbs praecipua erant Thebae; aegypt. Pather-res. [2 B 4].

PHAU (פָּעוּ, פָּעִי), urbs Edom in regione Gebalitica.

PHELETHAEI, PHELETHI (פְּלֵתִי), custodes corporis regis e stirpe Philisthaeorum.

PHEREZAEI (פְּרִזִּי), incolae Chanaan in regione montana septemtrionem versus a Bethsan et Iezrael.

PHESDOMIM (פַּס דַּמִּים) vel **FINES DOMMIM** (אֶפֶס דַּמִּים), urbs tribus Iuda prope Socho Sephelae et Azecam.

PHETHOR (פְּתוֹר), patria Balaam arioli in Mesopotamia prope Euphraten, assyr. Pitru, aegypt. Pedru (?).

PHETRUSIM (פַּתְרֻסִים), incolae regionis Phathures.

Phiala (Φιάλη), lacus ad orientem Paneadis, *Birket Ram*. [16 B 2].

PHIHAHIROTH (פִּי הַחִירֹת), statio Israelitarum inter Magdalum et mare Rubrum (Suph), quae respicit Beelsephon; correspondere videtur *Pikeheret* (seu *Pikerehet*), locus pagi Thuku (Socoth) haud longe a Phithom. [3 B 2].

Philadelphia, eadem ac Rabbath Ammon.

PHILADELPHIA (Φιλαδέλφεια), urbs Lydiae. [8 F 3].

PHILIPPI (Φίλιπποι), urbs Macedoniae. [8 D 2].

PHILISTHAEA (פְּלֶשֶׁת), regio Philisthaeorum, Philisthinorum, Philisthiim (פְּלִשְׁתִּים, פְּלִשְׁתִּיִּים), assyr. Palastu, Pilistu. Philisthaeorum muniliones erant Accaron, Ascalon, Azotus, Gaza, Geth. [4 A B 4].

PHINON (פִּינֹן), eadem statio ac Phunon.

PHISON (פִּישׁוֹן), fluvius primus ex quattuor fluviis paradisi. A nonnullis coniicitur esse Eulaeus [5 E 3], ab aliis autem Indus vel Ganges.

PHITHOM (פִּתֹם), urbs tabernaculorum (i. e. promptuarium), aegypt. Pi Tum seu Ha Tum (i. e. habitaculum dei Tum), caput provinciae Thuku vel Thaket (i. e. Socoth), aetate romana Heroonpolis seu Ero Castra, hodie *Tell el-Maskhuta* occidentem versus a lacu *Timsah* in *Wadi Tumilat*. [2 B 2; 3 B 2].

PHOENICE. 1. Phoenice (Φοινίκη), regio inter Eleutherum fluvium et Carmelum iuxta mare Phoenicium. [9 A 2. 3. 4].

2. Phoenice (Φοῖνιξ), portus Cretae in litore meridonali, *Porto Lutro*. [8 D 4].

PHOGOR (פְּעוֹר). 1. Mons Phogor in parte septemtrionali montium Abarim seu in montanis Phasga, haud procul a *Djebel Neba* [13 F 1; 14 B 1] aquilonem versus quaerendus. Ibidem colebatur idolum Phogor seu Beelphegor.

2. Fanum Phogor v. Bethphogor.

3. Urbs tribus Iuda in quinta provincia montis (LXX Φαγώρ), ruinae *Faghur* meridiem versus a Bethlehem ad occidentem viae, quae Hebronem ducit. [4 B 4; 13 D 2; 20 B 2].

PHRYGIA (Φρυγία), regio Asiae minoris inter Lycaoniam, Pisidiam, Lydiam, Mysiam, Bithyniam et Galatiam. [4 A 1. 2; 8 F 3].

PHUD (Φούδ), regio a Holoferne vastata; coniicitur esse Pisidia vel forte colonia quaedam Libyum (Phuth) Africae.

PHUL (פּוּל), Is. 66, 19 corruptum pro Phut.

PHUNON (פּוּנֹן), urbs edomitica et statio Israelitarum, Phaenon metalli fodina, postmodum sedes episcopalis, *Fenan*. [3 F 2].

PHUTH (פּוּט), gens Chamitarum in litore meridionali maris Rubri [1 B 4 C 5] vel etiam in Libya.

PIGMAEI. Pygmaei (גַּמָּדִים), fortasse secundum Targum Ez. 27,11 Cappadoces (גַּמָּדִים), quia in lingua armenica Gamir in plurali tantum usurpari solitum Cappadoces designat.

PILA (הַמַּכְתֵּשׁ i. e. mortarium), pars urbis Ierusalem, vallis Tyropoeon vel inferior vel superior. [Tab. 22].

PISCINAE Salomonis prope Etam. [20 B 2]. Accedit *Birket el-ʿArrub* magis austrum versus. [20 B 3].

PISIDIA (Πισιδία), regio Asiae minoris septemtrionem versus a Pamphylia et Lycia. [8 F 3].

PLANCTUS AEGYPTI est Abel Mizraim (v. Area Atad).

PLATEAE CIVITATIS v. Rechoboth Ir.

PONTUS. 1. Pontus (אֶלָּסָר), urbs regia Arioch foedere iuncti cum Chodorlahomor, Larsa urbs Babyloniae inferioris, *Senkere*. [5 D 3].
2. Pontus (Πόντος), regio Asiae minoris ad Pontum Euxinum sita a Phaside fluvio usque ad Halyn. [8 G H 2].

Porphyreon (Πορφυρεών), urbs Phoenices, hodie *el-Djiye*. [9 A 4; 10 B 2].

PROBATICA piscina v. Bethsaida 2.

PTOLEMAIS v. Accho.

PUTEOLI (Ποτίολοι), urbs ad mare Thyrrhenum prope Neapolim sita, *Puzzuoli*. [8 B 2].

PUTEUS Calumnia (v. s. v.), Elim (v. Beer Elim), Iacob [12 B 2], Viventis (v. s. v.).

Q

QIR MOAB (קִיר מוֹאָב, Vulgata : murus Moab), alio nomine

QIR KHERES (קִיר־חֶרֶשׂ, Vulgata : murus cocti lateris, murus fictilis) seu

QIR KHARESET (קִיר־חֲרֶשֶׂת, Vulgata : muri fictiles, muri cocti lateris), arx praecipua Moabitarum. Targum : Kerakka de Moab i. e. arx Moab. Hodie *el-Kerak* ad orientem maris Mortui inferioris inter *Wadi Safsaf* et *Wadi ʿAin el-Frandji*, ex quibus haud procul ab urbe coalescit *Wadi el-Kerak* versus mare Mortuum tendens. [13 F 4; 14 B 4].

Quarantania mons, *Djebel Qarantal*. [13 F 1; 14 A 1; 19 D 1].

R

RABBA, RABBATH (רַבָּה, magna, princeps), plenius Rabbath filiorum Ammon, Philadelphia, *ʿAmman* iuxta *Wadi ʿAmman*. [4 D 4; 15 C 4].

RABBATH MOAB v. Ar (Ar Moab).

RABBOTH (הָרַבִּית cum articulo), urbs tribus Issachar, *Raba* fere 12 km a *Djenin* (Engannim) inter meridiem et orientem. [11 C 5; 12 E 2].

RACHAL (רָכָל), urbs in austro tribus Iuda.

RACHEL SEPULCRUM prope Bethlehem, *Qubbet Rahil* dimidiae horae itinere a Bethlehem Ierusalem versus. [13 D 2; 20 C 2].

RAGAU (Ῥαγαῦ), provincia Mediae Rhagiana, cuius urbs principalis erat Rages.

RAGES (ἐν Ῥάγοις), urbs in Rhagiana provincia Mediae, ruinae *Rai* prope *Teheran* inter meridiem et orientem. [5 E 2].

RAHAB (רַהַב), nomen poeticum Aegypti : ferocia, tumor, insolentia, superbia.

RAMA (הָרָמָה, Ῥαμά), urbs tribus Beniamin, *el-Ram* 8 km a Ierusalem aquilonem versus. [13 D 1; 18 C 1; 19 A 1]. — Praeterea v. Arama.

RAMATH v. Baalath Beer Ramath.

RAMATHA. 1. Ramatha (הָרָמָה), urbs patria Samuelis, eadem ac Ramathaim Sophim in monte Ephraim, probabiliter *Nebi Samuīl* inter Ierusalem et Bethoron [18 B 2], nisi eadem sit ac Ramatha 2.
2. Ramatha (Ῥαμαθέμ, Ῥαμαθείν), toparchia ex Samaria Iudaeae attributa, *Beit Rīmā* inter aquilonem et orientem a Lydda. [12 D 3].

RAMATHAIM SOPHIM הָרָמָתַיִם צוֹפִים duo excelsa Sophim v. Ramatha 1.

RAMATH LECHI רָמַת לְחִי, Vulgata: elevatio maxillae, brevius Lechi (לְחִי), locus facinore Samsonis celeber in tribu Iuda, fortasse *Khirbet el-Siyagh* cfr σιαγών, maxilla ad meridiem *'Artūf*. [Cfr 13 C 1. 2].

RAMESSES (רַעַמְסֵס, רַעְמְסֵס). 1. Pagus in regione Gessen.
2. Urbs tabernaculorum (i. e. promptuarium) in eodem pago sita, probabilius eadem ac Tanis in Delta Nili [3 B 2] vel forte *Abu Keisheb* occidentem versus ab Heroonpoli (Phithom).

RAMETH רָמֶת v. Iaramoth.

RAMOTH. 1. Ramoth רָאמוֹת v. Iaramoth.
2. Ramoth (הָרָמָה) 4 Reg. 8,29 v. Ramoth Galaad.

RAMOTH GALAAD (רָאמֹת בַּגִּלְעָד, רָמוֹת גִּלְעָד), alio nomine Maspha, Maspha Galaad, Ramoth Masphe, etiam Ramoth sine addito, urbs tribus Gad, aetate Iudicum urbs praecipua Galaad, probabilius *el-Salt*, urbs principalis regionis *Belqa* [4 C 3; 15 B 3], vel forte *el-Djal'ud* inter *el-Salt* et fluvium Iaboc. [15 B 3].

RAMOTH MASPHE רָמַת הַמִּצְפֶּה v. Ramoth Galaad.

RAPHAIM (רְפָאִים). 1. Populus Palaestinae antiquissimus et proceritate conspicuus, ad quos etiam pertinebant Emim in Moab, Zomzommim (Zuzim) in Ammon, gigantes Gethaei filii Rapha (Arapha).
2. Vallis inter Ierusalem et Bethlehem, planities *el-Buqei'a* [19 A 2. 3; 20 C 1. 2].

RAPHIA (Ῥαφία), urbs maritima inter Gazam et Rhinocoluram, *Tell Rafah*. [3 D 1].

RAPHIDIM (רְפִידִים), statio Israelitarum inter stationem Alus et desertum Sinai, *Wadi Feiran* vallis aquosa et frugifera ad septemtrionem montis *Serbal* [3 D 4].

RAPHON (Ῥαφών), urbs transiordanica prope Astharothcarnaim, probabilissime eadem ac Raphana Plin. V, 18,74 in Decapoli, *el-Rafe* ad orientem Viae Peregrinantium (*Derb el-Hadjdj*) inter *Nawa* (Neve) et *Tell 'Zaroa* [16 D 3].

REBLA (הָרִבְלָה), locus in termino orientali terrae promissae inter Sephama et fontem Daphnim, fortasse *Halibna* orientem versus a termino australi lacus Tiberiadis inter fluvium *Yarmūk* et *Wadi Samar* nec procul a *Samar* et *Malka*. [Cfr 15 B 1; 16 B 4].

REBLA, REBLATHA (רִבְלָה, רִבְלָתָה), urbs in terra Emath, *Rible* ad ripam orientalem Orontis (*Nahr el-'Asi*) inter Heliopolim (*Ba'albek*) et Hemesam (*Hōms*). [9 B 3].

RECCATH (רַקַּת), urbs in tribu Nephthali, secundum Talmudicos ibidem, ubi Tiberias. [4 C 2; 17 C 2].

RECEM (רֶקֶם), urbs tribus Beniamin.

RECHA (רֵכָה), locus, quem posteri Iuda incolebant; sed viri Recha (1 Par. 4,12) fortasse sunt viri Rapha; v. Bethrapha.

RECHOBOTH (רְחֹבוֹת), puteus Isaac prope Bersabee, Vulgata: Latitudo; *el-Ruheibe* 3 fere horis ab Elusa (*Khalasa*) inter meridiem et occidentem. [3 E 1].

RECHOBOTH IR (רְחֹבֹת עִיר, Vulgata: plateae civitatis), una ex quattuor urbibus, quae civitatem magnam Ninive constituunt, fortasse illud suburbium Ninive rebit Nina, cuius mentio fit in inscriptionibus Asarhaddon.

REEMA v. Regma.

REGIS VALLIS עֵמֶק הַמֶּלֶךְ, in qua Absalom sibi titulum i. e. lapidem sepulcralem erexit; hodie sepulcrum Absalom ostenditur in valle Cedron. [21 B 2]. Fortasse eadem est ac vallis Save (vide s. v.).

REGMA (רַעְמָה, רַעְמָא), gens a filio quarto Chus descendens, fortasse Rhammanitae (Strabo XVI. 4, 24) inter Minaeos et Chatramotitas incolentes vel Regma (Ptol. VI. 7, 14; Steph. Byz.) in litore arabico sinus Persici, ubi urbs *Redjam* [1 D 3] in confinibus *Oman* et *Bahrein*.

REMMOMPHARES (רִמֹּן פֶּרֶץ), statio Israelitarum in deserto Pharan, orientem versus a Cadesbarne quaerenda.

REMMON (רִמּוֹן). 1. Urbs tribus Iuda in Negeb, Simeonitis assignata, plerumque iuncta cum Ain; v. Ain 2.
2. Urbs tribus Zabulon, probabilius eadem ac Damna, vicus *Rummane* prope Nazareth aquilonem versus. [14 B 3; 17 A 2].
3. Petra Remmon iuxta vicum *Rammūn* ad orientem Bethel [13 D 1].

REMMONO (רמונו), eadem ac Remmon 2.

RESEN (רסן), una ex quattuor urbibus, quae civitatem magnam Ninive constituunt, probabilissime ruinae *Selāmiye* iuxta Tigridem inter *Nimrud* (Chale) et Ninua (Ninive). [7 B 4].

RESEPH (רצף), urbs Syriae, Rhesapha Ptolemaei, assyr. Rasappa, statio *Ruṣāfe* in via, quae Palmyra ad Euphraten superiorem Nicephorium (*Rakka*) versus ducit. [5 C 2].

RESSA (רסה), statio Israelitarum inter Lebna et Ceelatha, fortasse eadem ac Rasa in tabula Peutinger.

RETHMA (רתמה), statio Israelitarum tertia a monte Sinai, *Wādi Abu Retemat* meridiem versus ab *ʿAin Qadīs*.

RHEGIUM (Ῥήγιον), urbs Bruttii ad fretum Siculum e regione Messanae sita, *Reggio*. [8 B 3].

Rhinocolura (τὰ Ῥινοκόλουρα, Ῥινοκούρουρα), oppidum aegyptiacum ad orientem Sirbonidis lacus, *Qalʿat el-ʿArīsh*, fortasse Sarohen (vide s. v.). [3 D 1].

RHODUS (Ῥόδος), insula e regione Cariae et Lyciae. [8 E 3].

RIPHATH (ריפת), gens Iapheth a filio secundo Gomer descendens; conferuntur Paphlagones [1 B 1] vel Rhebas fluvius Bithyniae in Pontum Euxinum exiens et Rhebantia regio ad Bosporum Thracium.

ROGEL (רגל), fons prope Ierusalem in confinibus tribuum Iuda et Beniamin, probabiliter *ʿAin Sitti Maryam* seu *ʿAin umm el-Daradj* i. e. fons graduum; secundum alios autem *Bīr Eiyūb*. [21 B 3; Tab. 22].

ROGELIM (רגלים), urbs in Galaad.

ROHOB (רחב, רחוב). **1.** Regio in introitu Emath, domus Rohob, prope Caesaream Philippi quaerenda.
2. Duae urbes tribus Aser, ignotae; vestigium nominis cernitur in *Tell el-Rahib* a Scala Tyriorum orientem versus. [11 B 2].

ROHOBOTH (רחבות). **1.** Rohoboth fluvius vel potius Rohoboth fluminis (1 Par. 1,48: quae iuxta amnem sita est), patria Saul regis edomitici. Coniicitur urbs iuxta Euphraten v. g. *Rahaba* ad orientem Euphratis infra ostium Haboris.
2. Vide Rechoboth.
3. Vide Rechoboth Ir.

ROMA (Ῥώμη), urbs Italiae, caput imperii romani. [8 B 2].

ROSH (ראש), nomen populi (?) in exercitu Gog vel forte nomen appellativum (Ez. 38,2).

RUBEN (ראובן), tribus Israel transiordanica. Termini Ruben sunt ab austro Arnon fluvius, ab oriente desertum Moab, ab aquilone linea cum Arnone parallela paulo supra Hesebon, ab occidente ostium Iordanis et mare Mortuum. [4 CD 4. 5].

RUMA. **1.** Ruma (רומה, דומה), urbs tribus Iuda in secunda provincia montis, *el-Dōme* inter meridiem et orientem ab Eleutheropoli. [13 C 3].
2. Ruma (ארומה), locus refugii Abimelech prope Sichem.
3. Ruma (רומה), urbs patria Zebidae uxoris Iosiae regis.

S

SAANANIM (צעננים), urbs tribus Nephthali prope Cedes Nephthali. Componitur cum ea Sennabris, *Sinn el-Nabra* prope exitum Iordanis e lacu Genesareth. [11 C 4; 16 A 4; 17 C 2].

SAARIM (שערים i. e. duae portae), urbs tribus Simeon, eadem ac Sarohen (vide s. v.) et Selim.

SABA. **1.** Saba (סבא), gens a primo filio Chus descendens, in Meroe insula, quam Nilus, Astaboras (*Atbara*), Astapus (*Bahr el-Azrak*) cingunt [1 B 4], vel forte orientem versus in litore maris Arabici.
2. Saba (שבא), gens a filio Regma filii Chus descendens, cuius sedes primaria erat Arabia felix et urbs princeps Mariaba (*Mareb* in *Yemen*). [1 C 4].
3. Saba (שבא), gens Iectanidarum in Arabia meridionali.
4. Saba (שבא), gens ceturaea.

SABAMA (שבמה), urbs tribus Ruben prope Hesebon, fortasse *Sumiye*. [13 F 1; 14 B 1; 15 B 4].

SABAN (שבם), urbs eadem ac Sabama.

SABARIM. **1.** Sabarim (השברים i. e. fractio), lapicidinae vel generatim rudera prope urbem Hai.
2. Sabarim (סברים) in termino septemtrionali

terrae sanctae inter terminum Damasci et confinium Emath, fortasse *Khirbet Senbarīye* ad ripam dexteram *Nahr el-Ḥāsbānī* fere occidentem versus a *Bāniyās*. [Cfr 9 A 4]. A Sabarim fortasse non differt Ziphrona.

SABATHA (סבתה), gens a tertio filio Chus descendens. A Flavio Iosepho (Ant. I. 6, 2) ad Sabatha refertur gens Aethiopum Ἀσταβαροι prope Astaboram (*Atbara* fluvium [1 B 4], a recentioribus autem urbs mercatoria Arabiae meridionalis Sabbatha (Strabo XVI. 4,2) vel Sabota (Plin. VI. 28,155; XII. 14,63).

SABATHACHA (סבתכא), gens a quinto filio Chus descendens.

SABEE (שבע), urbs tribus Simeon, *Tell el-Sebaʿa* orientem versus a Bersabee [13 C 4], nisi forte Sabee Ios. 19,2 per dittographiam ex nomine praecedente Bersabee ortum duxit.

SACHACHA (סככה), urbs in deserto Iuda.

SALAMIS (Σαλαμίς), urbs in litore orientali Cypri insulae, *Porto Costanzo*. [8 G 4].

SALEBIM (שעלבים et שעלבין), urbs tribus Dan, ruinae *Selbit* prope *ʿAmwas*. [13 C 1].

SALECHA, SELCHA (סלכה), urbs in extremis finibus Basan, *Salkhad* a *Djebel Hauran* meridiem versus.

SALEM (שלם). **1**. Urbs regia Melchisedech, scil. Ierusalem.

2. Urbs Sichimorum, viculus *Salim* a Sichem orientem versus. [12 D 3]. Adverte Gen. 33, 18 hebr. Salem probabilius non esse nomen proprium.

3. Vallis Salem (ὁ αὐλὼν Σαλήμ) contra Holofernem munita, fortasse prope viculum *Salim*.

SALEPH (שלף), gens a secundo filio Iectan descendens, Salapeni (Ptol. VI. 7,23), *Salaf* seu *Salif* in *Yemen* apud geographos arabicos.

SALICUM TORRENS (נחל הערבים), in Moab, *Wadi el-Hasa* inter Moab et Edom, territoria *el-Kerak* et *Djebal* (Gebalene) separans, in cursu inferiore *Wadi el-Qurahi* dictus et in mare Mortuum inferius per *Ghor el-Safiye* incidens [4 C 5, 13 EF 4. 5; 14 AB 4. 5] vel ex aliorum opinione *Wadi Safsaf* tributarius septemtrionalis *Wadi el-Kerak* prope urbem *el-Kerak* [13 F 4, 14 B 4].

SALIM TERRA (ארץ־שעלים), inter fines Beniamin et Salisa (v. s. v.).

SALIM (Σαλείμ), v. Aennon.

SALINARUM VALLIS (גיא המלח, גיא מלח), cladibus Edomitarum celebris, regio palustris *el-Sebkha* ad meridiem maris Mortui, salsitudine insignis, cui vicinus est mons Salis (*Djebel Usdum*) iuxta litus occidentale extremi maris Mortui. [13 E 4; 14 A 4].

SALIS CIVITAS (עיר־המלח), urbs tribus Iuda in deserto, prope vallem Salinarum et montem Salis quaerenda.

SALISA TERRA (ארץ־שלשה), regio ad occidentem montis Ephraim prope Baal Salisa (*Khirbet Sirisia*) in regione thamnitica. [12 C 3].

SALMONA (צלמנה), statio Israelitarum inter montem Hor et Phunon.

SALMONE (Σαλμώνη), Cretae promontorium orientale, Samonium, *Sidero*. [8 E 4].

SAMARAEUS (הצמרי), gens a decimo filio Chanaan descendens, assyr. Simir, Simirra, Simirri, vicus *Sumra* in litore Phoeniciae 25 minutis aquilonem versus a *Nahr el-Kebīr* seu Eleuthero fluvio. [Cfr 9 A 3].

SAMARAIM (צמרים), urbs tribus Beniamin, fortasse *Khirbet el-Sumra* 9 km a Iericho aquilonem versus haud procul a Iordane. [4 C 4; 13 E 1; 14 A 1].

SAMARIA (שמרון). **1**. Urbs regionis Samariae, caput Ephraim, sedes regum Israel, postea Sebaste, nunc *Sebastiye*. [12 D 2].

2. Samaria (Σαμάρεια, Σαμαρεῖτις, in Novo Test. Σαμαρία), regio inter Iudaeam, Iordanem, planitiem Esdrelon, Carmelum, oram maritimam. [Tab. 12].

SAMIR (שמיר). **1**. Urbs tribus Iuda in prima provincia montis, *Khirbet Sōmara* 5 horis a Hebron inter meridiem et occidentem. [4 B 5; 13 C 3].

2. Urbs montis Ephraim, *Khirbet Shamir* 7 km orientem versus ab *ʿAqrabe* urbe principali toparchiae Acrabatta. [Cfr 12 E 3].

SAMOTHRACIA (Σαμοθράκη), insula in parte septemtrionali maris Aegaei. [8 E 2].

SAMUS (Σάμος), insula maris Aegaei prope Ephesum et Miletum. [8 E 3].

SANAN (צנן), urbs tribus Iuda in secunda provincia Sephelae, fortasse eadem ac צאנן (Mich. 1, 11; Vulgata: in exitu).

SANIR (שניר). **1**. Nomen Hermonis apud Amorrhaeos.

2. Pars Antilibani eaque septemtrionalis inter Heliopolim (*Baʿalbek*) et Hemesam (*Homs*).

SAPHIR (שפיר, Vulgata: pulchra), urbs Iudaeae, si Mich. 1, 11 nomen proprium urbis habetur;

fortasse *Sawāfīr* (tres vici) inter meridiem et orientem ab Azoto. [13 B 2].

SAPHON (צָפֹן), urbs tribus Gad in valle Iordanis, apud Talmudicos Amatho, apud Flav. Iosephum Amathus, *Tell ʿAmmata* aquilonem versus a fluvio Iaboc, ubi *Wādi el-Rudjeib* in depressionem Iordanis exit. [Cfr 15 A 3].

SARAA, SAREA, SARAS (צָרְעָה), urbs tribus Dan in prima provincia Sephelae, vicus *Sarʿa* occidentem versus a Ierusalem et prope *Eshūʿa* (Esthaol). [4 B 4; 13 C 1].

SARAIM (שַׁעֲרַיִם), urbs tribus Iuda in prima provincia Sephelae, fortasse *Khirbet Saire* inter *ʿAin Shems* Bethsames 1) et *Beit ʿAṭab*. [Cfr 13 C 2].

SARATHASAR (צֶרֶת הַשַּׁחַר), urbs tribus Ruben in monte convallis, *Ṣara*, *ʿAin el-Ṣara*, *Wādi el-Ṣara* in litore orientali maris Mortui paulo infra *Wādi Zerqā Maʿīn*. [4 C 4; 13 E 2; 14 A 2].

SARDES (Σάρδεις), urbs princeps regni Lydiae, provinciae Asiae attributa, vicus *Sart*. [8 E 3].

SAREA v. Saraa.

SARED v. Sarid.

SAREDA (הַצְּרֵדָה), patria Ieroboam I. Ephrathaei, fortasse eadem ac Sarthan (*Qarn Sarṭabe*). [12 E 3].

SAREDATHA v. Sarthan.

SAREPHTA, SAREPTA (צָרְפַת. Σάρεπτα), urbs Phoenicum ad fines Sidoniorum pertinens, vicus *Ṣarafend* in promontorio *Rās Ṣarafend* inter Sidon et Tyrum. [10 A 3].

SARID, SARED (שָׂרִיד), urbs tribus Zabulon, rectius fortasse Sadid (LXX, Peshitta), *Tell Shadūd* iuxta marginem aquilonarem planitiei Cison et duabus fere horis a Nazareth inter meridiem et occidentem. [11 B 4].

SARION (שִׂרְיֹן, שִׁרְיוֹן), nomen Hermonis apud Sidonios, fortasse assyriacum Sirara.

SAROHEN (שָׁרוּחֶן), urbs tribus Simeon, eadem ac Saarim et Selim, aegypt. Sheruhen, fortasse *Qalʿat el-ʿArīsh* iuxta ostium *Wadi el-ʿArīsh* seu torrentis Aegypti. [3 D 1].

SARON (הַשָּׁרוֹן i. e. planities). **1.** Pars septemtrionalis planitiei maritimae Chanaan a Carmelo Ioppen usque patens. [12 BC 2. 3].

2. Regio inter montem Thabor et lacum Genesareth, ubi nunc est *Sārōnā* circa 10 km a Tiberiade inter meridiem et occidentem. [11 C 4].

3. Regio (שָׁרוֹן sine articulo), in qua Gaditae greges pascebant, cum Galaad et Basan 1 Par. 5,16 nominata, hinc ad orientem Iordanis quaerenda, nisi forte notissima planities Saron iuxta mare Mediterraneum designetur.

SARONA (ὁ Σάρων) Act. 9,35 v. Saron 1.

SARTHAN, SARTHANA (צָרְתָן. צָרְתָנָה) seu Saredatha (צְרֵדָתָה), urbs in depressione Iordanis a Iericho septemtrionem versus et a latere Adom urbis. A plerisque censetur esse *Qarn Sarṭabe*, cui e regione opponitur ostium Iaboc fluvii et *Tell Dāmiye* (Adom?) prope vadum *el-Dāmiye* paulo infra illud ostium [12 E 3]; ab aliis existimatur esse *Tell el-Ṣarem* prope Bethsan meridiem versus. [11 C 5; 12 E 2].

